



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Gli Statvti Della Sacra Religione Di S. Gio: Gierosolimitano

Bosio, Giacomo

Roma, 1597

Li Privilegii Della sacra Religione Di S. Gio: Gierosolimitano.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10742

L I
P R I V I L E G I I
D E L L A S A C R A
R E L I G I O N E

DI S. GIO: GIEROSOLIMITANO.

Con vn'Indice volgare copiosissimo, ag-
giunto da IACOMO BOSIO per maggior
commodità de' Cauallieri.

CON LICENZA DE' SVPERIORI.



I N R O M A,


Appresso gli Stampatori Camerali.

C I O . I O . X C V I I .

L I
P R I V I L E G I I
D E L L A S A C R A
R E L I G I O N E

DI S. GIO. GIEROSOLIMITANO.
Con vn' indice volgare copiosissimo, ag-
giunto da Jacomo Bosio per maggior
commodità de' Cavalieri.

CON LICENZA DE' SUPERIORI.



I N R O M A .

Appresso gli stampatori Canonici.

C I C . I C . X C V I I .

B V L L A
P I I P A P A E Q V A R T I .

Confirmationis, & Ampliationis Priuilegiorum
Religionis S. Io. Hierosolymitani.



Divus Episcopus Servus Ser-
uorum Dei, Ad perpetuam
rei memoriam. Circūspecta
Romañ. Pontificis providen-
tia, Prædecessorum suorum
gestis; quæ suadentibus ho-
nestis causis, pro Persona-
rum Ecclesiasticarum, præ-
sertim Regulariū pro Fidei
Catholicæ aduersus Christi
Crucis Inimicos defensione,
& conseruatione iugiter laborantium, commodo, & vtilita-
te prouide emanarunt; vt eo firmiter perdurent, quo sæpius
fuerint Apostolicæ Sedis præsidio roborata, libenter suæ ap-
probationis robur adijcit, ea de nouo concedit, aliasq; desu-
per disponit, prout in Domino conspicit salubriter expedire.
Dudum, siquidem postquam fel. recor. Martinus Quintus ex
certa scientia per suas statuerat, & ordinauerat, quod qualibet
querelæ, quæstiones, lites, causæ, & controuersia, quas ex
tunc inter Fratres, & Subditos Hospitalis Sãcti Ioannis Hie-
rosolymitañ. tũc præsentis, & futuros ex quibusuis occasio-
nibus oriri, & moueri contingeret quouismodo, cum omni-
bus suis incidentibus, emergentibus, annexis, & connexis, ac
omni cuiusuis appellationis (præterquã in defectus, aut de-
negatæ Iustitiæ, vel illati perperam contra Stabilimenta, &
Consuetudines dicti Hospitalis grauaminis casibus) remoto
obstaculo, per pro tempore existentē Magistrum, & dilectos
Filios Cõuentum dicti Hospitalis, seu illos ex illis Fratribus,
quibus ipsi Magister, & Conuentus eas committerēt, etiam

Proœmium.

Martinus V. ut
ad illud
collato
ad
Cõ-
uentum, vsque
ad tertiam sen-
tentiam, remo-
ta quacunq; ap-
pellatione, præ-
terquam in ca-
sibus hic expref-
tis.

A 2 vsque

4
vsque ad tertiam definitiuam sententiam inclusue audirentur, necnon iuxta laudabiles consuetudines, & stabilimenta Hospitalis huiusmodi, & prout alias iuris foret, debito fine deciderentur; omnesq; & singuli Priores, Præceptores, Baiulii, Castellani, & Fratres Hospitalis prædicti, postquã de mandato, seu auctoritate Magistri, & Conuentus præfatorum in quibusuis ex prædictis contra eos intentatis causis, ad comparandum coram ipsis, & Commissarijs per eos, vt præfertur pro tempore deputatis, in locis quantumcunque ab eodẽ Hospitali remotis citati forent, corã eisdem Magistro, Conuentu, & Commissarijs prout contingeret legitime cõparere deberent, & teneretur; Iuri, & Iustitiæ, secundum stabilimenta, approbationes, vsus, & laudabiles cõsuetudines præfati Hospitalis parituri. Quodque illi ex Prioribus, Præceptoribus, Castellano Emposta, Baiuliiuis, Fratribus, & Subditis præfatis, qui contra eorum aliquẽ super quibusuis querelis, rebus, vel negotijs (præterquam in casibus præfatis) coram alio quam præfatis Magistro, & Conuẽtu, ac per eos pro tempore datis Commissarijs in causam traherent, & ad aliam quam eodẽ appellationes quascunque interponerent, causas huiusmodi prorsus perderent, & excommunicationis sententiam incurrerent; req; super qua contenderent, priuati existerent eo ipso. Et Sixtus Quartus inter alia, omnes, & singulas collationes, prouisiones, vniones, annexiones, & incorporaciones, ac quascunque alias cõcessiones, & dispositiones de Præceptoribus, Cameris Magistralibus nũcupatis, seu illarum fructibus, redditibus, & prouentibus, quibusuis Personis, cuiuscunque status, ordinis, vel conditionis existerent, quauis cõsideratione, & sub quacunque verborum forma, ac cũ quibusuis clausulis derogatorijs, etiã motu proprio, & ex simili sciẽtia, ac cũ expressa derogatione iurũ Magistri dicti Hospitalis, seu annuæ respõsionis illi faciendæ, eatenus auctoritate Apostolica factas, nullas, & inualidas, nulliusque roboris, vel momenti fuisse, & esse, etiã per suas declarauerat; & quatenus viribus subsistere diceretur, reuocauerat, cassauerat, & irritauerat; ac illas, & quas in futurum etiam cum expressa derogatione li-
tera-

Penã excõ-
municacionis,
ac amissionis
causæ, & rei su-
per qua litiga-
tur in Contra-
facientes.

Sixtus Quar-
tus, Castitio, &
annullatio om-
nium collatio-
num, &c. de Ca-
meris Magistra-
libus factarum,
& in futurum
fiendarum.

terarum Sixti Prædecessoris huiusmodi fieri cōtingeret, pro infectis haberi voluerat: Ac monuerat, & requisauerat omnes, & singulos earundem Camerarum Magistralium Detētores, seu Possessores, qui tunc erant, aut pro tempore essent, prætextu concessionum, prouisionum, & dispositionum quarumlibet, quæ ab alio quam pro tempore existente Magistro dicti Hospitalis eatenus emanauerant, & in futurum emanarent, etiã à dicta Sede, vt infra certum tunc expressum terminum, Camerarum per eos pro tempore detentatarū, seu possessarum huiusmodi, possessionem vacuam, liberam, & expeditam, Magistro dicti Hospitalis, aut illius legitimo Procuratori traderent, & assignarent; Alioquin ex tunc prout ex ea die, in omnes, & singulos, qui non parerent, seu vt nō parerēt suaderent, aut alias auxilium, consilium, vel fauorem præstarent, ex cōmunicationis sentētiã promulgauerat, à qua nisi in mortis articulo cōstituti, ab alio quam Romano Pontifice nequirent absolutionis beneficiū obtinere; & præter sententiã ex cōmunicationis huiusmodi, si dicti Hospitalis Fratres forent, & ex cōmunicationis sententiã huiusmodi, per mēsem animo sustinerēt indurato, Prioratibus, Castellanijs, Baniuijs, Præceptorijs, & officijs præfati Hospitalis, per eos tūc obtentis, eo ipso priuati, & inhabiles ad illa, & alia in posterū obtinenda essent; possētq; per Magistrū, & Cōuentum præfatos, de illis sic vacan. per priuationē huiusmodi libere disponi: Liceret quoq; Magistro pro tēpore existēti Hospitalis huiusmodi, dicto termino decurso, per se, vel Procuratores suos, possessionē Camerarū earūde, propria auctoritate libere apprehēdere; ac illarū fructus, redditus, & prouentus percipere, ac in suos, & eius Magistratus vsus, & vtilitatē conuertere, & retinere, cuiusuis licētia super eo minime requisita. Et Innocentius VIII. ex certis causis tūc expressis, inter alia S. Sepulchri Dominici Hierosolymitan. ordinis S. Augustini, & Militię S. Lazari in Bethleē, & Nazaret, etiã Hierosolymitan. Ordines, eorumq; Prioratus, & Præceptorias, necnō domum de Mōtemorillon. dicti Ordinis S. Augustini Pictauen. dioc. nuncupatam, & alia ab eis dependentia membra, cum suis

Monitoriū contra Detētores Camerarū Magistralium ad illas relaxandū, sub pœnis hic expressis.

Innocentius VIII. Suppresio, & extinctio Ordinum S. Sepulchri dominici, ac Militie S. Lazari, &c. ac illorū vnio ordini S. Io. Hierosolymitani.

per-

pertinentijs, ac eorūdem Ordinum, & Militiæ Archiprioratuū, Prioratus, & Magistratus generales, ac in eorundē Ordinū Prioratibus, Præceptorijs, Domibus, & Membris, illorumq; quibus denominabātur nomina, dependētias, & pertinētias, de Fratrum suorum consilio, per quasdam suppresserat, & extinxerat; illaque omnia, & singula per vniuersum orbem existētiā, Hospitali præfato pro illius Mēbris, ac Domum prædictam expresse pro Membro Prioratus Aquitanie dicti Hospitalis, de simili consilio, perpetuo vniuerat, incorporauerat, cōcesserat, & assignauerat; ac voluerat; quod tam qui in titulum, quam qui in Commendam, illam tunc obtinerent, ad aliorum Fratrum dicti Hospitalis instar, iuxta tūc Magistri, & Cōuentus præfatorum, aut ab eis auctoritatem habētium, prouidam moderationem, pro temporum qualitate, de eorundem Membrorum, quę sic obtinerent prouentibus, communi Thesauro dicti Hospitalis suffragia, & onera exhiberent annuatim, ac Magistri, & Conuentus prædictorū mandatis obtemperarent; nec quouismodo clam, vel palam illi, qui Prioratus, Beneficia, & loca Ordinum suppressorum huiusmodi tenerent, eis cederent, vel renunciarent, aut de eis donationem facerent, absque expresso cōsensu, licentia, & auctoritate Magistri, & Cōuentus præfatorum; & si secus facerent, irritum, & inane, nulliusq; roboris esse decreuerat: & nihilominus pœnam priuationis Beneficiorum, & excommunicationis latę sententię eo ipso incurrere censerentur. Et de simili consilio omnes, & singulas exēptiones Priorum, Baiuliuorum, Castellani Empostę, Præceptorū, & Fratrum eiusdem Hospitalis, tam à superioritate, iurisdictione, obedientia, & correctione tunc Magistri, & Conuentus prædictorum, ac aliorum Prælatorum ipsius Hospitalis, etiam cū eorum receptione in protectionem dictę Sedis, ita vt illi solummodo essent subiecti, & Magistro, ac Conuentui, & Prælatis præfatis parere, & ad Hospitale prædictum accedere nō tenerentur: quam ab onere solutionis, eorumque communi Thesauro prædicto, & illius Receptoribus annis singulis, ratione Prioratum, Baiuliuarum, Castellanię Empostę, Præcepto-

Quod nulla exemptio excusat ab obedientia Magistri, & Conuentus, minusque à solutione iurium communis thesauri.

7
ceptoriarum, aliorum Membrorum eiusdem Hospitalis, quæ
obtinerent, soluere tenerentur: Necnon quascunque specia-
les reseruationes, & cōferendi mandata, de Prioratibus, Ba-
iuliuijs, Castellania, Præceptorijs, & Mébris prædictis quo-
modolibet, & quacunque ratione, vel causâ etiam impenso-
rum per eos Fidei, & Hospitali, aut Sedi præfatis obsequio-
rum, aut aliâ inexcogitabili consideratione ab Innocentio
Prædecessore, & Sede præfatis, etiam cum motus proprii, &
certæ sciētia, alijsque fauorabilibus, & insolitis clausulis cō-
cessas, etiam si in eis contineretur expresse, quod per quas-
cunque reuocationes, & derogationes, ac literas, & conces-
siones non censerentur reuocata, imo illis non obstantibus,
in suis remaneret robore, & efficacia; perinde, ac si reuoca-
tæ non essent, nisi dum, & quoties sub certis tunc expressis
modo, & forma, ac verborum conceptione reuocarētur, per
alias suas ex certa scientia reuocauerat, cassauerat, & annul-
lauerat; ac voluerat pro infectis haberi, & illis quibus cōces-
sæ erant, minime suffragari; liceretque Magistro, omnem eius
superioritatem in eos sic exemptos exercere, ac Receptoribus
prædictis eos ad soluendum eis, & dicto Thesauro, quæ
pro tempore deberent, perinde, ac si exemptiones ipsæ nun-
quam concessæ fuissent, de simili consilio decreuerat: Ac in
perpetuum valitura cōstitutione de eorūdem Fratrum con-
cilio statuerat, & ordinauerat, quod ex tunc de cætero per-
petuis futuris temporibus Prioratus, Baiuliuiæ, Castellania
Empostæ, Præceptoriaræ, & Membra quæcunque dicti Hospi-
talis, quæ pro tempore qualitercunque vacarent, tam in Ro-
mana Curia, quam extra eam, sub quibusuis generalibus, vel
specialibus reseruationibus Apostolicis factis, & quas fieri
cōtingeret, de Beneficijs ecclesiasticis, etiam apud Sedē præ-
fatam pro tempore vacantibus (vtpotè ad Hospitalitatem,
& Fidei tuitiōem ordinata) nullatenus includerentur, nec
reseruata, vel affecta existerent; sed Hospitalium pauperum,
quæ sub reseruationibus ipsis non includebantur, quo ad id
fortirentur naturam, deberetque de illis per pro tēpore exi-
stētē Magistrum, & Conuentum præfatos duntaxat, & nō
alium,

Quod benefi-
cia huius Ordi-
nis nunquā sub
reseruationib⁹
cadant, sed ad
instar Hospi-
taliū sint, & per
Magistrum, &
Conuentum so-
lum conferan-
tur.

Quod referua-
riones, &c. de
beneficijs dicti
Ordinis exem-
ptiones ab obe-
diētia, & solut.
alium, iuxta stabilimenta prædicta, Fratribus dicti Hospitalis
prouideri: & quas fieri contigerit per ipsum Innocentiū Præ-
decessorem, aut Successores suos Roman. Pōtiffices pro tem-
pore existentes, ac dictam Sedē, vel eius auctoritate aut alia
quacumque de illis referuaciones, prouisiones, collationes,
commendas, vniones, & quascumque alias similes, vel diffi-
miles dispositiones, & exemptiones Priorum, Baiuliuorum,
Præceptorum, & Fratrum à Magistri, & Cōuentus prædicto-
rum obedientia, & superioritate, aut debitis per eos præfato
Thesauro responsionibus annuis, & alijs iuribus quacun-
que ratione, vel causa, etiam motu, & sciētia similibus, ac de
Apostolicæ potestatis plenitudine, cum derogatione poste-
riorum literarum Innocentij Prædecessoris huiusmodi, nul-
lius penitus essent roboris, vel momēti, & haberentur pror-
sus pro infectis, nec censeretur statuto Innocentij Prædeces-
soris huiusmodi, vnquam derogatum, per quascumque clau-
sulas, etiam derogatoriarū derogatorias, fortiores, & effica-
ciores, nisi dum, & quoties ipsarum posteriorum literarū de
verbo ad verbum, vere, & non per clausulas id importantes

Quod clausu-
la, & de cōsen-
su Magni Magi-
stri, &c. subin-
telligatur in de-
rogationibus.

inserto tenore, de simili S.R.E. Cardinalium consilio; dero-
gari contingeret: nec etiam tunc nisi ad id Magistri, & Con-
uentus prædictorum expressus accederet assensus, & nō ali-
ter, nec alio modo; censereturque semper in huiusmodi quæ
sic fierent de cōsilio prædicto derogationibus, apposita clau-
sula, quod effectum fortirentur de consensu Magistri, & Cō-
uentus prædictorum, & non aliter, nec alio modo. Decernēs
collationes prouisiones, Commēdas, vniones, dispositiones,
referuaciones quaslibet, quas per alios quam Magistrum, &
Conuentū prædictos, de eisdem Prioratibus, Baiuliujs, Præ-
ceptorijs, Castellania, & Membris, etiam apud Sedem ipsam
pro tempore per cessum, vel decessum, seu quamuis aliā di-
missionem vacātibus fieri contingeret, & si per ipsum Inno-
cētium Prædecessorem, & pro tempore existeñ. Roman. Pō-
tifficem fierent, illis quibus sic fierent nullum ius, nullumue
coloratum titulum tribuere possidēdi, & eos, quo ad omnes
effectus, etiam cōstitutionis suæ de triennali Possessore non
mole-

Quod regula
de triennali nō
suffragetur.

molestando, pro meis Detectoribus sine titulo haberi, & reputari; ac irritū, & inane quicquid fecus super ijs. à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingeret attē-
 tari. Necnon Iulius II. omnes, & singulas expectatiuas, referu-
 ationes, antianitates, mandata de prouidendo, cōcessiones, coadiutorias sine consensu, & omnes alias gratias, & literas super Prioratibus, Baiuliijs, Præceptorijs, Castellania Emposte, ac quibusuis alijs Beneficijs dicti Hospitalis quomodo cunque, & qualitercūque absque Magistrū, & Cōuentus prædictorum consensu quibusuis Personis cuiuscūque Dignitatis, gradus, ordinis, vel conditionis forent, etiam Cardinalatus honore fungentibus, ex quibusuis causis, etiam onerosis eatenus concessas, & concessa, etiam quasuis clausulas illarū ab huiusmodi reuocationibus præseruatiuas in se continentes, & continentia, similibus scientia, & potestatis plenitudine, pro reuocatis, cassatis, & annullatis, perpetuo valituræ cōstitutionis edicto, per quasdam decreuerat, & ordinauerat quod Prioratus, Castellania Empostæ, & Baiuliæ, Præceptorix, Rectorix, Administrationes, Officia, Domus, & loca Hospitalis huiusmodi, seu eorū aliquod, vel aliqua sub quibuscunque dictæ Sedis, vel Legatorum eius literis, sub quacunque forma, vel expressione verborum, etiā motu, & scientia similibus, ac cum quibusuis vrgentissimis, efficacissimis, & derogatorijs clausulis, irritantibusque decretis in genere, vel in specie quouis modo inantea concedendis cadere, seu comprehendi nullatenus deberent, nec illarum vigore per quempiam acceptari, aut alicui de eis prouideri posset; sed illorum commissiones, & omnimoda dispositio ad Magistrū Conuentum, Priores, & Castellanium Empostæ huiusmodi iuxta cōsuetudines vsus, & naturas dicti Hospitalis, & illi cōcessa Priuilegia, & Indulta liberè pertinerēt; Quodq; Fratres dicti Hospitalis inobedientes, & male soluentes, iuxta formam Stabilitamentorū Hospitalis huiusmodi priuationis pœnam incurrerent. Et per alias, omnes, & singulas speciales referuaciones, Coadiutorum deputationes, regressus, accessus, cōcessiones, gratias, & facultates, in aliorum quam Fratrum

sup. d. 10. O
 Julius II. Casta-
 tio expectatiua-
 rum, referuatio-
 num, & aliarū
 gratiarum præ-
 uentiuarum, si-
 ne cōsensu Ma-
 gistrū, & Conue-
 tus concessarū.

Quod benefi-
 cia dicti Ordini-
 nis sub quibus-
 cunque Apotto-
 licis, & legato-
 rum literis non
 comprehendā-
 tur.

Quod omnimo-
 da dispositio be-
 neficiorum hu-
 iusmodi ad Ma-
 gistrum, & Cō-
 uentum spectet.

Quod inobediē-
 tes, & male sol-
 uētes, priuatio-
 nis pœnam in-
 currant.

B dicti

Cassatio qua-
runcunq; refer-
uationum, Coa-
diutoriarū re-
gressuum, &c.
præterquam in
favorem Fra-
trū dicti Ordi-
nis concessarū.

beno 3 2, 11113
inshonoc 101

Aduocatio cau-
sarum, etiam a
Cardinalibus,
&c.

pladup dñt au
dñt dñt au
dñt dñt au
dñt dñt au
dñt dñt au
dñt dñt au

Confirmatio
Indulgentiarum
per Prædecesso-
res concessarū,
& exemptio a
decimis, & alijs
exactionibus,
etiā a Regibus,
& alijs Princi-
pibus Seculari-
bus concessarū.

dicti Hospitalis fauorem, commodum, & vtilitatem cuiuscun-
que Dignitatis, status, gradus, ordinis, nobilitatis, præeminē-
tiæ, vel conditionis forent, etiam si Cardinalatus honore ful-
gerent, quauis etiam Imperatorum, Regum, Reginarū, Du-
cum, vel aliorum Principum consideratione, vel intuitu; aut
ex quauis quantumcunq; grandi, inextogitabili, & vrgentif-
sima causa, & respectu, per Sedem præfatam eatenus conces-
sas, & factas, quæ ad finem Commendæ perpetuæ, vel tem-
poralis tendere dinoscerētur, reuocauerat, cassauerat, & an-
nullauerat, illaq; cassa, irrita, & inania, nulliusque roboris, vel
momenti esse, nec illarum etiam regressuum, seu accessuum
huiusmodi, aut aliarum facultatum, seu Commendarum etiā
ex tunc, prout ex diebus vacationis earundem, & e conuerso
pro tempore factarum prætextu, aliqua ex Præceptorij, seu
alijs Beneficijs Hospitalis huiusmodi acceptari, vel assequi,
aut ius in re, vel ad rem cuiquam acquiri potuisse, seu posse
decreuerat. Et per alias Motu simili, Literas Martini Præde-
cessoris huiusmodi approbans, ac innouans, omnes, & singu-
las lites, causas, quærelas, & controuersias inter Fratres præ-
fatos, coram quibuscunq; causarum Palatij Apostolici Au-
ditoribus, ac eorum Locatenen. necnon Iudicibus, etiā Car-
dinalibus, dicta auctoritate Apostolica, vel aliter deputatis,
tam in dicta Curia, quam in quibuscunq; mundi partibus pe-
dentes, ad se aduocans, illas, & quas antea inter Fratres eos-
dē, & quoscunq; alios, super Prioratibus, Bainliuijs, Castel-
lania Empostæ, Præceptorij, aut Beneficijs Hospitalis huius-
modi moueri contingeret, per Magistrum, & Conuentū præ-
fatos, seu eorū Commissarios, iuxta eiusdem Hospitalis Sta-
bilimenta, & approbatas Cōsuetudines decidendas remisit;
ac Auditoribus, Locatenentibus, & Iudicibus præfatis;
ne in causis huiusmodi ad vltiora procederent, seu de illis,
vel alijs quibuscunq; in futurum quoquomodo se intromit-
terent, inhibuerat, ac quicquid per eos contra inhibitionem
huiusmodi scienter, vel ignoranter contingeret attentari, ir-
ritum, & inane decreuerat. Ac Indulgentias per quoscunq;
Romanos Pontifices, visitantibus domos, & loca ipsius Ho-
spita-

spitalis concessas innouauerat, Necnon Motu, & scientia similibus omnia, & singula Priuilegia, Immunitates, Indulgentias, & exemptiones Secularium exactionum, ac prerogatiuas, & alias quascunque gratias, concessiones, facultates, libertates, & indulta Terram, Mareq; concernentia dicto Hospitali, & illius Religionis Prioratibus, Baiuliujs, Castellania Empostæ, Præceptorijs, Administrationibus, Officijs, Capellis, Oratorijs, & Membris, ac Magistro pro tempore existentis; & Conuentui præfatis, necnon Prioratus, Baiuliuas, Castellaniam Empostæ, Præceptorias, Ecclesias, Oratoria, Administrationes, & Membra præfata obtinentibus, per piæ memoriæ Clementem V. Bonifacium VIII. Calixtum III. ac præfatos Sixtum, & Innocentium, necnon quoscūque alios Romanos Pontifices Prædecessores nostros tunc suos, in genere, vel in specie concessa; necnon libertates, & exemptiones Secularium exactionum per eos à Regibus, & Principibus, ac alijs Christifidelibus obtentas, ac Decimas, Primitias, Census, Fructus, redditus, prouentus, agros, possessiones, dominia, prædia, iura, iurisdictiones, aliaq; mobilia, & immobilia bona, in Terra, vel in Mari existentia, & ad Hospitale, Prioratus, Baiuliuas, Castellaniam Empostæ Præceptorias, & Membra huiusmodi in genere, vel in specie spectantia, per reliquas suas literas, de Apostolicæ potestatis plenitudine, approbauerat, laudauerat, ratificauerat, & confirmauerat; Supplēs omnes & singulos defectus, si qui forsan interuenerant in eisdem: ac omnia & singula ea, ab vniuersis Christifidelibus, tam Clericalis ordinis, quam temporalis potestatis Secularibus, & etiã alijs Regularibus Personis, sub pœnis, & censuris in eisdem contentis, inuiolabiliter obseruari voluerat. Necnon omnibus, & singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & Locorū Ordinarijs, eorūq; Officialibus, atq; Vicarijs in virtute S. obedientiæ, & sub eisdē pœnis similiter iniūxerat; vt quascūq; Indulgentias, & peccatorū remissiones, per eorū dicec. & loca publica, nūciari permitterēt, Ac Leo X. quodā Fabritij de Carreto Magistri dicti Hospitalis, & præfatorū Cōuentus, asserentiū se à tūc imme-

Quod Ordinarij Locorum Indulgentias, & peccatorum remissiones publicari permittant.

Leo X.

morabili tempore citra, in possessione, vel quasi deputandi in singulis Prioratibus vnum Vicarium cum facultate Præceptorias, Baiulias, & alias Domos Hospitalis huiusmodi conferendi; Antianitates, tam speciales, quam generales dandi, & concedendi, ac pensiones seu responsiones, & onera super Domibus, Præceptorijs, & alijs Beneficijs dicti Hospitalis imponi solita, à quibuscunq; Clericis, etiam Secularibus illa in Commendam obtinentibus, eorumq; Colonis, & Inquilinis, etiam Laicis, eo modo, quo à Fratibus dicti Hospitalis exigebantur, exigendi; & cum inhabilibus ratione ætatis, & defectus natalium dispensandi existere, supplicationibus inclinatus, singulas non tamen Innocentij Prædecessoris huiusmodi, ac omnes, & singulas alias, tam ipsius Martini, & recolendæ memoriæ Alexandri VI. Pij II. & ipsius Iulij, quam aliorum quorumcunque Roman. Pontificum similiter Prædecessorum nostrorum, tunc suorum eisdem Hospitali, & Magistro pro tempore existenti, ac Conuentui, & Fratibus concessa, & in illis contenta quæcunq;, etiam quoad aduocationem omnium causarum, etiam super Prioratibus, Præceptorijs, & alijs Beneficijs Hospitalis huiusmodi, etiam in eadem Curia pendentium, quas ad se tunc aduocauit (exceptis tunc, & pro tempore per appellationem à diffinitiuâ sententia, iuxta formam Stabilimentorum prædictorum introductis, & pendentibus) per quosdam sub plumbò approbauerat, inno-uauerat, & confirmauerat, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obseruari debere decreuerat; eaq; omnia de nouo, ac Fabritio, & pro tempore existenti Magistro, & Cõuentui huiusmodi, vt in singulis Prioratibus ipsius Hospitalis vnum Vicarium, cum facultate conferendi Præceptorias, Baiulias, & alias Domos Hospitalis huiusmodi deputare, Antianitates, tam speciales, quam generales dare, & cõcedere, ac pensiones, seu responsiones, & onera super Domibus Præceptorijs, & alijs Beneficijs Hospitalis huiusmodi imponi solita, à quibuscunq; etiam Clericis Secularibus illa in Commendam obtinentibus, eorumque Colonis, & Inquilinis, etiam Laicis eo modo, quo à Fratibus dicti Hospitalis

Confirmatio
cõcessionis per
Martinũ V. Ale-
xandrum VI.
Pium II. ac Iu-
lium II. & alios
Rom. Pont.

Aduocatio cau-
sarum, & præ-
terquam in ca-
sibus hic expre-
ssis.

Facultas depu-
tandi Vicarium
cũ facultate cõ-
ferendi benefi-
cia: concedendi
antianitates, ac
imponendi pen-
siones, &c.
Facultas dispõ-
sandi super æta-
te, & defectu na-
taliũ.

talis exigebatur exigere, & cum inhabilibus ratione ætatis,
 & defectus natalium quoad Prioratus, Præceptorias, & alia
 Beneficia dicti Hospitalis duntaxat dispensare possent; ac
 quod verbis in ipsorum Magistri, & Conuentus literis, circa
 professionis emissionem, habitus susceptionem, debitorum,
 & obsequiorum in partibus Orientalibus præstationem, ple-
 na fides adhiberetur: facultatem concesserat. Et nihilomi-
 nus quod ipse Fabritius, & pro tempore existens Magister, &
 Conuentus, præmissa omnia & singula, prout eatenus con-
 sueuerant, sine contradictione alicuius facere possent: Quod-
 que quæcunque literæ Antianitatis, seu prouisiones à Magi-
 stro pro tempore existente, & Conuentu præfatis eatenus con-
 cessæ, & in posterum concedendæ, eo ipso confirmatæ, & ap-
 probatæ censerentur. Et quod prouisiones Beneficiorum quo-
 rumcunq; dicti Hospitalis, quæ per cessationem solutionis
 præfati Hospitalis, vel inobedientiam duntaxat vacassent, nū-
 quam ad Superiorem ipsum Leonem Prædecessorem, & Se-
 dem præfatam deuolui censerentur; quoad hoc, vt dictus Ma-
 gister pro tempore existens impediretur, quominus illa quæ-
 docunque libere conferre posset. Quodq; omnes, & singulæ
 donationes, & alienationes bonorum immobilium dicti Ho-
 spitalis, seu eius locorum in posterum faciendæ duntaxat,
 ipso iure nullæ, nulliusq; roboris, vel momenti existerent; &
 quod clausula cum derogatione Priuilegiorum dicto Hospi-
 tali concessorum latissime extendenda, & additione illorum
 pro expressis, tam in quibusuis commissionibus iustitiam
 concernentibus, quam in quibusuis gratiosis supplicationi-
 bus tunc, & pro tempore signatis, non operaretur, nec eius vi
 gore in causis, seu literis Apostolicis super ipsis supplicatio-
 nibus cõficiendis, Priuilegia ipsa, vltra quam in supplicatio-
 nibus narrata essent, narrari possent: neque illis si prætextu
 dictarum clausularum narrarentur, derogatum censeretur,
 statuerat, & ordinauerat. Decernens sic per quoscunque Iu-
 dices, etiam causarum Palatii huiusmodi Auditores, Sublata
 eis quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudica-
 ri debere; Irritum quoque, & inane si secus super his à quo-
 quam

sup. citatus 1
 21. 22. 23. 24.
 25. 26. 27. 28.
 29. 30. 31. 32.
 33. 34. 35. 36.
 37. 38. 39. 40.
 41. 42. 43. 44.
 45. 46. 47. 48.
 49. 50. 51. 52.
 53. 54. 55. 56.
 57. 58. 59. 60.
 61. 62. 63. 64.
 65. 66. 67. 68.
 69. 70. 71. 72.
 73. 74. 75. 76.
 77. 78. 79. 80.
 81. 82. 83. 84.
 85. 86. 87. 88.
 89. 90. 91. 92.
 93. 94. 95. 96.
 97. 98. 99. 100.
 Quod creda-
 tur literis Ma-
 gistri, & Con-
 uentus, vt hic.
 Quod literæ an-
 tianitatis, & p-
 uisiones Magi-
 stri, & Conue-
 tus eo ipso con-
 firmatæ censea-
 tur.

Quod non de-
 tur deuolutio,
 vt hic.

Prohibitio alie-
 nationum.

Quod clausula,
 & cum deroga-
 tione, non ope-
 retur vltra quã
 fuit expressum.

25

auctoritate eatenus quomodolibet emanauerant, quoad ea in quibus nondum vere fuerant effectum sortita, expresse reuocauerat; & voluerat illas, & quas emanare contingeret in futurum similes, & dissimiles speciales reseruaciones, vniones, annexiones, incorporaciones, Suppressiones, extinctioniones, applicationes, nominationes, nominandi; referuandi, & conferendi facultates, mandata; Coadiutorum deputaciones, regressus, & accessus huiusmodi, & super illis prouisiones, ampliaciones, reintegraciones, restitutiones, repositiones, & declarationes etiam cum expressa posteriorum literarum huiusmodi derogatione, etiam si in eisdem quæ emanauerant, & in futurum emanarent, specialibus reseruacionibus, vnionibus, annexionibus, incorporacionibus, suppressionibus, extinctionibus, nominationibus, facultatibus, mandatis, Coadiutorijs, regressibus, accessibus, & eorum extensionibus, ampliacionibus, reualidacionibus, reintegracionibus, repositionibus, restitutionibus, & declarationibus; ac si super illis confectis literis contineretur expresse, quod in aliquibus specialibus, seu generalibus reuocationibus, suspensionibus, modificacionibus, & restrictionibus, quæ pro tempore fierent, nullatenus includerentur; nisi de Personarum, quas tunc concernebant, & in futurum concernent, ac quarum consideratione emanauerant, & in posterum emanarent, nominibus, cognominibus, Dignitatibus, & Officijs, ac causis propter quas eis concessæ erant, seu concederentur, expressa mentio fieret; idque ipsis Personis intimaretur, per diuersas literas, sub diuersis datis, cum certi temporis interuallo inter datas huiusmodi, & Personarum earundem in reuocationibus huiusmodi expressus accederet accessus; intelligerenturque gratiæ ipsæ toties reualidatæ, & in pristinum statum repositæ, quoties eas reuocari, restringi, & modificari contingeret, ac pro infectis, & non concessis haberi, & viribus omnino carere; etiam si per eas, quæ emanarēt speciales reseruaciones, & alias gratias viribus uacuas huiusmodi, eisdem posterioribus literis cum earum Dat. intertione, specificè quomodolibet derogari videretur; & ne

ni unil bou
219 210111011
Prohibentur
etiam in futurū
fide reseruaciones, vniones
&c. accessusq;
& regressus nō
obstare quauis
amplissima de-
rogatorijs
clausula.

Conferuntur
in futurum
de personis
conferuntur
de personis
conferuntur

Quod literæ in
nouationis præ
sentium aduer
sus derogato
riarum deroga
torias, sub qua
cunq; dat. expe
diri possint. &
zincup. sicut do
cob. similibus
monitionibus
et similibus

Confirmatio
Privilegiorum,
& à prædeces
soribus, & Leo
ne X. concessio
rum.

similes reservationes, ac gratias, & priorum reualidationes, quas ab ipso Leone Prædecesore, etiam cum posteriorum literarum huiusmodi expressa derogatione, ac supradictis, alijsq; efficacioribus, fortioribus, & insolitis clausulis in posterum emanare contingeret, contra præmissorum tenorem sortiretur effectum, sed quoties emanarent, toties reuocarentur; easque posteriores literas, ac omnia, & singula in eis contenta ad id, ut omnes, & singulas speciales reservationes, unio nes, coadiutorias, regressus, & accessus, ac alias gratias prædictas semper includerent de qualibet die Pontificatus sui repetierat, & innouauerat: Decernens repetitionem, & innouationem huiusmodi eis, quorum interest de singulis diebus dicti Pontificatus, prout magis expediret, in omnibus, & per omnia, perinde ac si eisdem diebus ab ipso Leone Prædecesore actu emanassent, suffragari, & sic iudicari debere; ac quicquid secus attèrari contingeret, irritum, & inane decreuerat. Et cum nefandissimus Christiani nominis hostis Turcarum Tyrannus validissima Classe maritima, maximoq; Exercitu terrestri paratis, in insulam Rhodi totius Christianitatis specimen, acerrimis, & multiplicatis conatibus inuassisset, ac crudeli, & inaudita obsidione affecisset, & tandem Insulam, & Ciuitatem Rhodi huiusmodi vi, & armis expugnasset, ac literas, libri, & munimenta, seu documenta antiqua Privilegiorum, & Indultorum eis à dicta Sede concessorum perissent, & deperdita fuissent; similis memorie Clemens Papa vij. pariter Prædecesor noster motus, & scientia, ac potestatis plenitudine similibus, omnia, & singula Privilegia iurisdictiones facultates, immunitates, concessionem, indulgentias, libertates, prærogatiuas, gratias, exemptiones, fauores, & indulta dicto Hospitali, ac illius Baiulij, Prioratibus, Præceptorij, Domibus, Hospitalibus, Ecclesijs, Capellis, locis, & Membris, necnon Magistro, Baiulij, Prioribus, Præceptoribus, Militibus, Fratribus, & Personis, ac eorum Vassallis, Subditis, & Seruatoribus pro tēpore existentibus; eatenus per quoscūque Roman. Pontifices Prædecesores nostros, tunc suos, successiuis temporibus, & demum per Leonem Prædecesorem, & Sedē

præ-

præfatos, sub quibuscūque tenoribus, & forinis, ac eum quibus
 bullis clausulis, & decretis quomodolibet concessa, appro-
 bata, & innouata, per quasdam approbauerat, confirmaue-
 rat, & innouauerat; ac valida, & efficacia existere; necnō per-
 petua robōris firmitate subsistere, & inuolabiliter observa-
 ri: ac Magistro, Baiuluis, Prioribus, Præceptoribus, Militi-
 bus, Fratribus, Personis, Vassallis, Subditis, & Seruitoribus
 præfatis suffragari debere decreuerat, ac omnia, & singula
 prout per Leonem, & alios Prædecessores, ac Sedem præfa-
 tos, cōcessa fuerunt; Ita vt Magister, Baiului, Priores, Præce-
 ptōres, Milites, Fratres, Personæ, Vassalli, Subditi, & Seruito-
 res, illis libere perpetuo vti possent de nouō. Necnon tunc, &
 pro tempore existenti Magistro, & Cōuentui Hospitalis hu-
 iusmodi; iuxta illius Stabilimēta, & laudabiles Consuetudi-
 nes, ac mores, in Baiuliuas, Prioratus, Castellaniam Empo-
 stæ, Domos, Hospitalia, Membra, Loca, & bona quæcunque,
 necnō quoscūque Baiuliuos, Priores, Castellatum, Empo-
 stæ, Præceptores, Fratres, & Personas Hospitalis, & Religio-
 nis huiusmodi, ac illorum Vassallos, Subditos, & Seruitores,
 vbiq̄que, tam citra, quam ultra Montes tunc, & pro tempo-
 re constitutos, & commorantes, qui omnes eidem Magistro,
 & Subdelegatis ab eo, firmiter, tam personaliter, quam rea-
 liter omni exceptione cessante, & quocunque à Clemente
 Prædecessore, vel Sede prædictis obtento, vel obtinēdo
 Indulto, nō obstant, parere, & obedire tenerētur, plenariam,
 & omnimodam, etiam meri, & mixti Imperij iurisdictionem,
 & superioritatē; Ipsique Magistro cōtra Rebelles, & suis mā-
 datis nō obediētes, etiam vigore Literarum Apostolicarū,
 etiā in forma Breuis ab ipso Clemente, & Successoribus suis
 emanatarum, seruatis quatuor terminis ad docendum se pa-
 ruisse, & satisfecisse, in loco Conuentus Hospitalis huiusmo-
 di, post legitime exeentam primam citationem, ad mulctam,
 siue pœnam personaliter, iuxta mores, & Stabilimēta prædi-
 cta, seu etiam priuationem habitus, aut Beneficiorū, Domo-
 rum, & Prædiorū per eos obtentorum procedendi, vel etiā, si
 magis expedire videretur, Beneficia, Domos, & Prædia ipsa

Dispositio de
 Camera Magi-
 strorum

Facultas de
 eandem Procure-
 torum generalium
 in Camera Cu-
 rat, cum facul-
 tate conferendi
 Beneficia

Cōceditur Ma-
 gno Magistro,
 & Conuentui,
 plenaria, & om-
 nimoda, etiam
 meri, & mixti
 Imperij iurisdic-
 tio in Perso-
 nas, & bona di-
 cti Ordinis.

Facultas proce-
 dendicōtra Re-
 belles, & Inobe-
 dientes ad pri-
 uationis, & ap-
 prehensionis ad
 manus suas pœ-
 nas.

Facultas
 conferendi
 Beneficia
 in Camera
 Curat, cum
 facultate
 conferendi
 Beneficia

enonit

C ad

Dispositio de
Cameris Magi-
stralibus.

Facultas depu-
tandi Procura-
torem generale
in Romana Cu-
ria, cum facul-
tate conferendi
Beneficia etiam
reseruata, affe-
cta, vel deuolu-
ta, in titulu, vel
amouibiliter.

Facultas vnien-
di, & dismem-
brandi, & con-
cedendi Antia-
nitates.

Facultas admit-
tendi resignatio-
nes, ac reseruā-
di titulum, fru-
ctus, pēiones,
& regressus pro
Resignantibus.

ad manus suas; seu Receptorum dicti Hospitalis reducendi, & donec ipsi Inobedientes contumaciam purgarent, vel debita onera persoluerent, siue Seculares, aut alterius Ordinis Regulares Beneficia dicti Hospitalis possidentes forent, pro suo arbitrio retinendi, illorumque fructus, redditus, & prouentus arrendandi, & percipiendi; necnon Cameras Magistrales prædictas ad se recipiendi, siue illas solitis pensionibus pro sua voluntatis libito imponendis, & moderat. onerandi, & alias de illis tāquam de Præceptorij, & Prædijs mensæ Magistrali vnitis, & incorporatis disponendi: Ac in Roman. Curia Procuratorē Generalem cum generali, vel speciali, & limitata potestate, & facultate constituendi, seu deputandi, & in eadem Curia per se, seu dictum Procuratorem ad id potestatem à Magistro, & Conuentu præfatis habentem, quæcūque eiusdem Hospitalis Beneficia, cuiuscūque qualitatē existentia, apud Sedem prædictam quomodolibet (præterquam per resignationem in manibus suis, & Successorū suorum Roman. Pontificum) pro tempore vacantia, iuxta ipsius Hospitalis Stabilimenta, libere conferendi; & tam Magistro quam Conuentu præfatis, etiam de illis de quibus eatenus dispositum fuerat de nouo, ac alijs Beneficijs huiusmodi, etiam tanquam priuatis Prædijs in titulum perpetui Beneficij Ecclesiastici, seu etiam ad nutum, aut amouibiliter vni, vel diuersis Personis assignari solitis, etiam dictæ Sedi reseruatis, seu alias affectis, aut ad Sedem ipsam deuolutis, libere prouidendi; & illa vnjendi, dismembrandi, & alias de illis disponendi, necnon Antianitates, tam generales, quam speciales super eisdem Beneficijs, Fratibus eiusdem Hospitalis concedendi, ac resignationes dictorum Beneficiorum recipiendi, & admittendi, illaque Resignatibus titulum, seu denominationem, ac omnes eorum fructus, seu illorum partem, aut super illis quascunque pensiones annuas, quæ etiam transferent ad Successores, in eis, etiam sub censuris, & pœnis Ecclesiasticis, etiam priuationis in talibus apponi solitis, ad vitam, vel ad tempus reseruandi, concedendi, constituendi, & assignandi: & quod altero decedente, Superstes in illius possessione

sessione succederet, indulgendi, seu regressum ad illum concedendi: Ipsisque Magistro, & Conuentui priuilegia, exemptiones, & indulgentias, eis & dicto Hospitali concessa vbi que locorum, etiam absque alicuius Ordinarij licetia, sub sigillo tamen Prioris illius Prouinciæ, vel eorū Conseruatoris in ea degentis, publicadi, & quæstuari, seu eleemosynas, & Confraternitatum obuentiones quærendi, & recipiendi, nec non Coemeteria in eorum Parochialibus Ecclesijs habendi, ac quorūcūq; Christifidelium cadauera, etiam si excommunicati vel interdicti forent, dummodo Interdicto causam nō dedissent, saluo iure Rectori Parochiano debito, absq; aliquo onere, & solutione Episcopo faciendā, recipiendi, & sepeliendi; legata & donata tam inter viuos, quam qualibet vltima voluntate exigendi, & percipiendi. Necnon Baiuliuus, Prioribus, Præceptoribus, Militibus, Fratibus, & Personis præfatis, quæcūque Ecclesiastica Sacramenta, ac omnes etiam sacros ordines à quocūq; mallent Catholico Antistite gratiam, & cōmunionem dictæ Sedis habente nihil oblato, vel soluto recipiendi, & tam ipsis quā eorum Familiaribus armā quæcūque, & vbiq; locorum pro sui defensione, & hostium dictæ Sedis offensione gestandi: Necnon Capellanis eiusdem Hospitalis, Baiuliorum, Priorum, Præceptorū, Militum, Fratrum, Personarū, Vassallorum, Subditorum, & Familiarium prædictorum confessiones audiendi, & pœnitentiam salutarem eis iniungendi, ac Eucharistiæ, & alia Sacramenta Ecclesiastica ministrandi, necnon tempore Interdicti (dummodo illi causam non dedissent,) excommunicatis & interdictis exclusis, clausis ianuis, & submissa voce Missas, & alia Diuina officia celebradi: Necnō quibusuis Christifidelibus in quibusuis Ciuitatibus, locis, & Dioc. Præceptorias, Domos, & Hospitalia sub dependentia, & subiectione dicti Hospitalis, per illius Fratres obtinēda, quæ eisdē priuilegijs, immunitatibus, Indulgentijs, cōcessionibus, & indultis quibus aliæ dicti Hospitalis Præceptorie, Domus, & Hospitalia utebantur, potiebātur, & gaudebāt vtrentur, potirentur, & gauderent, assignata illis congrua dote, Ordinariorum locorū, &

sup. elis...
 -sils...
 28...
 Facultas publicandi indulgentias, & quæstuari, absq; licetia Ordinariorū.

Facultas sepeliendi in eorum Parochialibus.

Facultas exigendi legata, & donata.

Facultas recipiendi sacramenta, & ordines à quocūque.

Facultas deferendi arma.

Facultas audiendi confessiones, ministrandi sacramenta, ac celebrandi Diuina, pro Fratribus Capellanis.

Facultas erigendi Præceptorias, &c. absque licetia Ordinariorū, quæ gaudeant priuilegijs, &c.

Reuocatio qua
rumcunq; alie-
nationum, &c.
non obstat cō-
firmatione A-
postolica, ac lō-
gissimi tempo-
ris prescriptio-
ne.

Facultas de
iurisdictio-
ne

Facultas de
iurisdictio-
ne

Cassatio re-
gressu, &c. nisi
ex causa onero-
sa, & de conse-
su Magistri.

Facultas de
iurisdictio-
ne

Facultas de
iurisdictio-
ne

Restitutio in
integrum aduer-
sus alienatio-
nes.

Facultas de
iurisdictio-
ne

Facultas de
iurisdictio-
ne

Facultas de
iurisdictio-
ne

Facultas de
iurisdictio-
ne

Facultas de
iurisdictio-
ne

quorumvis aliorum licentia minime requisita, & nulla præ-
terea in illis, Ordinarijs ipsis iurisdictione, aut oneris imponē-
di facultate reseruata cōstrui, & erigi faciendi, plenā, & libe-
ram facultatem, & auctoritatem concesserat. Ac quas cūque
donationes, cōcessiones, locationes, inuestituras, & alias alie-
nationes censuum, reddituum, iurium, iurisdictionum, & bo-
norum quorumcūque ad Baiulinas, Prioratus, Castellaniā
Empostā, Præceptorias, Domos, Hospitalia, Beneficia, & Lo-
ca Hospitalis huiusmodi pertinentium, in illorum læsionem,
iacturam, vel detrimētum, etiam per Personas dicte Religio-
nis, etiam cum renunciationibus, pactis, iuramētis, & pœnis
desuper impositis, & adiectis, ac Instrumentis, & Literis de-
super confectis, & confirmationibus forsan indelēcuris, etiā
de licentia dicte Sedis, absque tamen consensu, seu expressa
licentia Magistri, & Conuentus prædictorū, quacūque præ-
scriptione, seu longissima pacifica possessione, & detentione
non obstan. Necnō quoscūque accessus, ingressus, & regres-
sus, ac Coadiutorias ad Baiulinas, Prioratus, Castellaniā
Empostā, Præceptorias, Domos, Hospitalia, & alia Benefi-
cia Hospitalis huiusmodi, præterquam ex causa onerosa, &
de consensu dictorum Magistri, & Conuentus, etiā per Cle-
mentem, & Prædecessores suos præfatos concessos cassaue-
rat, reuocauerat, annullauerat, & irritauerat; nulliusque robo-
ris, vel momenti fore, & pro infectis haberi decreuerat; Ac
census, redditus, iura, iurisdictiones, & bona alienata huius-
modi, ac etiam per quoscūq; etiam Seculares occupata, vsur-
pata, & detenta, ad ius, & proprietatem dicte Hospitalis, seu
illius Baiuliarum, Prioratum, Castellaniæ, Empostæ, Præ-
ceptoriarum, Domorum, Hospitalium, & Beneficiorum præ-
dictorum reduxerat, illa que in integrum aduersus cōcessio-
nes, donationes, & alias quaslibet alienationes prædictas,
necnō inuestituras, illarum prætextu quomodolibet quauis
auctoritate factas, & concessas, in integrum, ac in pristinum,
& eum statum in quo antea erant restituerat, reposuerat, &
plenarie reintegrauerat; illarumque Detentores cuiuscun-
que Dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existen-
tes,

res, ad illorum relaxationem per censuras Ecclesiasticas, & alia iuris remedia cogi, & compelli posse voluerat, & similes alienationes de cetero sub excommunicationis latae sententiae, & priuationis Beneficiorum per eos obtentorum poenis per Contrafacientes eo ipso absque aliqua declaratione incurrendis fieri prohibuerat, & si fierent, illas viribus omnino carere decreuerat. Necnon omnes, & singulas lites etiam in dicta Curia, & Rotae Auditorio super quibusuis dicti Hospitalis Beneficijs inter quascunq; Personas motas, & in quibusuis instantijs pendentes, in quibus conclusum non fuerat, ad se aduocauerat, & illas eisdem Magistro & Coenentui, per eos iuxta formam Stabilimentorum & laudabilium Consuetudinum praedictorum, & si eis videretur tam in eadem Curia, quam extra eam in statu debito reassumendas, & decidendas commiserat; eisque quorum interesset, etiam per edictum publicum locis publicis affigendum (constituito tamen summarie de non tuto accessu ad eas) citandi, ac quibus, & quoties opus foret inhibendi, etiam sub censuris & poenis Ecclesiasticis, etiam contra Condemnatos, etiam in Curia praedicta, tam realiter quam personaliter exequi mandauerat. Et insuper Hospitalis, ac illius Baiuliuas, Prioratus, Castellaniam Empostae, Domos, Cameras, Hospitalia, & Loca quaecunq;, necnon Magistrum, Baiuliuos, Castellanium Empostae, Priores, Praeceptores, Milites, & Personas, ac eorum Subditos, Vassallos, Colonos, & Seruitores tunc & pro tempore existentes, etiam Presbyteros curam Animarum exercentes, quamdiu illa exercerent, & in illorum obsequijs forent, ac illorum res, animalia, Praedia, Domos, Molendina, & bona quaecunq;, quae obtinebant, & possidebant, ac in futurum canonice obtinerent, & possiderent, sub Beati Petri, & dictae Sedis, atque sua protectione susceperat, ac ab omni iurisdictione, correctione, onere, statutis, bannis, dominio, superioritate, & potestate quorumcunq; Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, & Praelatorum, necnon quorumcunq; temporalium Dominorum quavis potestate etiam Imperiali, Regali, & Ducali fulgentium, ac Vniuersitatum,

Prohibitio alienationum in futurum.

Aduocatio causarum, etiam in Ro. Cu. pendenti inter quascunq; Personas super Beneficijs dicti Ordinis.

Facultas citandi, & inhibendi etiam per edictum, & exequendi sententias, & res iudicatas.

Suscipiuntur sub protectione Sedis Apostolicae Personae, res, & bona, & eximuntur a iurisdictione nequorum, & Praelatorum, praeterquam Ordinariorum dicti Ordinis.

Exemptio amplissima ab omnibus oneribus, non obstante quae nominatim grauaentur.

fitatum, & illarum Regentium, etiam præterquam dicti Ho-
 spitalis Ordinariorum tam spiritualium, quam temporalium,
 ubique tam citra quam ultra montes, & mare constitu-
 torum, cuiuscunque Dignitatis, status, gradus, ordinis, & con-
 ditionis existentium, illorumque Vicariorum, & Officialium,
 Locatenentium, & Iudicum tunc & pro tempore existentium
 quorumlibet, necnon à solutione, & exactione passagij, arre-
 ragij, gabellæ, datij, tractæ, collectæ, procurationis, iocundi
 aduentus, iurium etiam synodaliū, censuum, & decimarum
 etiam noualium, etiam hortorum, pratorum, piscationum, &
 molendinorum, ad quæ cuilibet accessus nullatenus directe,
 vel indirecte prohiberi posset, & terrarum quas per se ipsos,
 vel alios eorum nominibus etiam Colonos, Arrédarios, &
 Emphyteotas excolebant, & de quibus fructus percipiebāt,
 & cuiusuis alterius oneris personalis, seu mixti, ordinarij ubi-
 cunque, & ex quacunque causa impositi, vel imponendi pro
 tempore liberauerat, & exemerat; ac sibi, & dictæ Sedi im-
 mediate subiecerat, illosque & illa, etiam si in quibuscunque
 statutis, literis, constitutionibus, & regulis etiam per Clemē-
 tem Prædecessorem, & Sedem prædictos pro tempore editis
 nominatim, specialiter & expresse grauariantur, seu onera-
 rentur, semper liberos, immunes & exemptos, ac exceptos,
 & ipsi Clementi Prædecessori immediate subiectos esse de-
 creuerat; ita quod Archiepiscopi, Episcopi, Prælati, Ordina-
 rij, Vicarij, Officiales, Locatenentes, & Iudices præfati, etiam
 ratione delicti, vel contractus, seu rei de qua ageretur, ubi-
 cunque committeretur delictum; iniretur contractus, aut res
 ipsa cōsisteret, nullam in eos, vel ea iurisdictionem, correctio-
 nem, visitationem, superioritatem, dominium, partitionem,
 exactionem seu potestatem exercere, aut excommunicatio-
 nis, aliasve sententias, cen. & pœnas promulgare, aut etiam
 ratione Personarum, vel rerum, animalium, ac bonorū suo-
 rum ad aliquam solutionem pontium, fontium, furnorum,
 murorum, seu etiam aliarum Ecclesiarum, quam dictæ Reli-
 gionis, etiam si forsan eatenus per abusum, seu alterius Priui-
 legium aut negligentiam, etiam per longissimum tempus ta-
 liter

Facultas piscā-
 di, & molendi.

Quod etiam ra-
 tione delicti, vel
 contractus, ab
 alijs quam suis
 Ordinarijs cō-
 ueniri non pos-
 sint, nō obsta-
 te quavis lon-
 gissimi tempo-
 ris præscriptio-
 ne, negligentia,
 vel abusu, adie-
 cta pœna excō-
 municatiōis,
 & quadrupli in-
 cōtrafacientes.

liter obseruatum non fuisset. Quæ omnia etiam præscriptiones, nullo pacto saltem in posterum quominus huiusmodi exceptionibus uti possent, obstare voluit, & decreuit eos coarctare, aut alij quicumque cuiuscunque Ecclesiasticæ vel mundanæ Dignitatis, aut præminentia, status, vel conditionis existeret, etiam Locis, & Terris S. R. E. etiam immediate subiectis, & ad instantiam cuiuscunque Principis, seu Communitatis sub excommunicationis latæ sententiæ, & quadrupli ultra dāna & expensas restitutionis pœnis per contrafaciē. eo ipso incurrendis, eos in iudicio, & extra super præmissis, & eorum vsu, seu possessione, vel quasi directe, vel indirecte, quouis quæsito colore, vel ingenio molestare, impedire, vexare, aut alias quomodolibet impetere præsumerent, deberent, seu etiam valerent. Et insuper statuerat & ordinauerat, quod Insponsoratus, & præsentandi Personas idoneas ad Baiuliuas, Prioratus, Præceptorias, Hospitalia, Membra, alia Beneficia, & loca Hospitalis huiusmodi, nisi ratione fundationis aut dotationis saltem ad tertiam partem illorum fructuum, quo casu liceat Magistro & Conuentui præfatis, si dicta eorum Beneficia & loca Hospitalis huiusmodi à dicto Iure patronatus liberare vellent, aut Dotantibus bona restituere, seu illorum pretium persolvere, ac ex tunc Baiuliuas, Prioratus, Præceptorias, Hospitalia, Membra, & Beneficia huiusmodi conferre. Quodque super eorum fructibus, redditibus, & prouentibus aliquæ pœsiones annuæ quibusuis Personis Secularibus, seu alterius Ordinis quam dicti Hospitalis Regularibus sine expresso consensu Magistri, & Conuentus prædictorum, etiam per Sedem prædictam reseruari, concedi, constitui, & assignari nullatenus possent; & si reseruarentur, concederentur, constituerentur, & assignarentur; reseruaciones, constitutiones, assignaciones, & concessiones huiusmodi, nemini suffragarentur, nec propterea aliquas censuras, vel pœnas incurrere possent. Quodque omnes, & singuli eorum Baiuliarum, Prioratum, Præceptoriarum, Domorum, & Beneficiorum in vim dictarum Collationum Possessores Seculares, aut alterius ordinis Regulares, seu pœsiores

Quod Insponsoratus super Beneficijs huiusmodi, nisi ex fundatione, & dotatione ad tertiam partem non concedantur, & quod eo casu decur facultas redimendi, &c.

Quod non assignentur pensiones, nisi pro Fratribus dicti Ordinis.

Quod obtinentes Beneficia huiusmodi, vel pensiones, infra sex menses post intimacione habitum suscipere, & provisionem emittere teneantur.

super

super illorum fructibus, redditibus, & prouentibus huiusmodi eatenus etiam per Sedem eandem reseruatas percipientes, illas & illa infra sex menses à die intimationis dictarum literarum in manibus Magistri, & Conuentus prædictorum iuxta formam Stabilimentorum dictæ Religionis dimittere, & transferre, seu illarum cassationi consentire tenerentur;

Quod omnes
Cōseruatores,
in Dignitate Ec-
clesiastica, &c.
per Fratres di-
cti Ordinis eli-
gēdi, teneantur
defendere perin-
de, ac si Conser-
uatores deputa-
ti essent.

alioquin Beneficia, & pensiones huiusmodi nisi illa Possidentes, & illas percipientes infra dictum tempus habitum susciperent, & professionem regularem ipsius Religionis emitterent, lapsis mensibus ipsis vacarent, ac cassæ, & extinctæ essent, & esse censerentur eo ipso. Ac quod quæcunque Personæ in Dignitate Ecclesiastica, & vbilibet cōstitutæ, per eosdem Baiuliuos, Priores, Præceptores, & Fratres, ac eorum singulos pro tempore eligendæ, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, ipsos aduersus Inferentes eis iniurias, seu grauamina, vel damna in Personis rebus, & bonis manutene- nere, conseruare, & quamcunque iurisdictionem exercere; necnon sentētiās cœn. & pœnas Ecclesiasticas contra Rebelles, ac Inobediētes cum effectu promulgare: Necnon omnibus facultatibus & concessionibus quibusuis Conseruatoribus eis per quascūque literas Apostolicas eatenus deputatis

Quod Paro-
chialibus dicti
Ordinis nō nisi
per Cappella-
nos eiusdē de-
seruiatur, qui
Præsentari Or-
dinarijs absque
aliqua exactio-
ne admittantur.

quomodolibet concessis vti, potiri, & gaudere deberent in omnibus, & per omnia; perinde ac si per easdem literas Cōseruatores, & Iudices deputati fuissent. Et quod Presbyteri qui in dicta Religione professionem non emisissent, nisi de expressa licentia, vel consensu Magistri, seu Priorum, Præceptorum vel Fratrum, quos id tangeret, ad deseruendum Parochialibus, & alijs Ecclesijs, aut Capellis ipsius Religionis, nullatenus admitterentur, sed in quibuscūque Parochialibus, & alijs Ecclesijs, ac Capellis Hospitalis huiusmodi; Cappellani eiusdem Religionis per locorum Ordinarios sub eadem excommunicationis latæ sententiæ pœna si contra-

Quod Priuile-
gijs duntaxat gau-
deant qui habi-
tū à Magistro,
seu de eius licē-
tia suscepērūt.

facerent eo effectu incurrenda, ad requisitionem, seu præsentationem dictorum Baiuliuorum, Priorum, Præceptorum, & Fratrum absque aliqua exactione, & oneris impositione recipi, & admitti deberent. Quodque illi duntaxat Fratres Pri-

uilegijs

uilegijs prædictis gauderent qui à præfato Magistro, seu de eius licentia Habitū suscepissent, & professionem emisissent, seu de Habitu suscipiendo, & professione huiusmodi emittenda infra certum tempus arctati fuissent, nullusq; Baiuliuorū, Priorum, Præceptorum, & Fratrum prædictorum absq; mandato, seu licentia præfati Magistri, aut saltem sui Prioris; seu Procuratoris ipsius Hospitalis in dicta Curia existentis, Priuilegijs præfatis in eadem Curia uti valeret, nec illa absque huiusmodi licentia vagantibus suffragarētur. Ac manus violentas in eos qui ad Ecclesias, seu Domos eiusdem Religionis pro sua salute confugerent, per quempiam iniici sub excommunicationis latæ sententiæ pœna prohibuerat. Decernens Literis prædictis, & in eis contentis quibuscūque, etiam per quascūque Literas Apostolicas, etiam quasuis clausulas generales, vel speciales, etiam derogatoriarū derogatorias, efficaciores, & insolitas, ac etiam irritantia decreta sub quacunque verborum expressione in se continentes, nullatenus, derogari posse, nec derogatum censerī, nisi tenor illarum de verbo ad verbum, nihil penitus omisso insertus, ac huiusmodi derogationis Consistorialiter factæ, & per trinas distinctas Literas eundem tenorem continentes, tribus similibus distinctis vicibus, Magistro & Conuentui præfatis legitimæ intimatæ, & insinuatæ forent, ac ipsorum Magistri & Conuētus ad id expressus accederet assensus; & aliter factas derogationes nemini suffragari, ac Magistrum, & Conuentum præfatos ad parendum Literis derogatorijs huiusmodi, & decretis super illis processibus, ac illorum Executoribus, & Subexecutoribus, eorumque mandatis, & monitionibus minime teneri, & Literarum huiusmodi executionem omnino impedire, nec ratione resistentiæ huiusmodi censuris Ecclesiasticis per eosdē Executores, & Subexecutores latis innodari posse. Et sic in præmissis omnibus, & singulis per quoscūque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, tam in dicta Curia, quam extra eam pro tempore deputatos, sublata eis & eorum cuiilibet quauis aliter circa præmissa iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffi-

D niri

Vagabundi vero nō gaudeant priuilegijs.

Quod non iniiciantur manus violentæ in confugas ad Ecclesias dicti Ordinis.

Quod non possit derogari literis Clementis, nisi modo, & forma hic expressis, & aliter factis cōtraueniri, & resisti possit, vt hic.

Confirmatio li-
terarū Alex. V.
& aliorum Præ-
decessorum, su-
per exemptione
à decimis, &c.
& illarū exten-
sio, etiā quo ad
terras ad lon-
gum tēpus con-
cessas.

Ad iudicium non hōi
quodammodo
ad hoc in
O libris
inib

Aduocatio cau-
sarum amplissi-
ma.

Ad iudicium non hōi
Casus in quib.
cognosci pos-
sunt cause ex-
tra Conuētum.

Ad iudicium non hōi
Ad iudicium non hōi

niri debere, ac irritum, & inane si secus super præmissis om-
nibus, vel eorū aliquo à quoquam quauis auctoritate scien-
ter, vel ignoranter contingeret attentari. Nec non literas etiā
piæ memoriæ Alexandri V. Gregorij IX. Bonifacij VIII.
Clementis etiam VI. Innocētij IIII. & Calisti III. Roman.
Pontificum etiam Prædecessorum nostrorum, tunc suorum
eidem Hospitali etiam super decimis ex eorum terris, pos-
sionibus, & animalibus non soluendis concessas, per alias
suas literas approbauerat, ac quo ad terras, & possessiones
ad quātūcūq; longum tempus, non tamen in perpetuum feu
dam, seu emphiteusim concessas, obseruari debere decreue-
rat. Et per alias motu simili omnes, & singulas causas tam
inter Priores, Baiuliuos, Castellanos, Empostæ, Præcepto-
res, Fratres, & Milites Hospitalis huiusmodi, quam etiam
pro communi Thesauro prædicto Agētes; tam ratione Prio-
ratorum, Baiuliuarum Præceptoriarū, & Domorum Hospita-
lis huiusmodi, quam etiam bonorum, & pecuniarum etiam
dicti Thesauri, seu delictorū, etiam si ex aduerso aliqui Cle-
rici Seculares, vel Regulares, aut Laici existerent, & actiue,
seu passiuè in dictis causis quomodolibet in quacunque in-
stantia interuenissent, & cum opportuna derogatione Stabi-
limentorum, vsuum, morum, consuetudinum, & Priuilegiorū
dicti Hospitalis, etiam ab eodem Clemente Prædecessore
concessorum, etiam prætextu iuratæ perhorrescentiæ (dum-
modo non ex causa denegatæ iustitiæ, aut perperam obser-
uatorum Stabilimentorum processissent) commissas, & in
futurum, etiam cum similibus derogationibus pariter com-
mittendas, ad se in terminis, in quibus reperirentur, etiam
executiuis aduocauerat, illasque in eisdem terminis per Ma-
gistrum, ac Conuentum præfatos in eorum Consilio ordina-
rio, siue in Generali Capitulo vt moris erat; & eorum Stabili-
menta, ac Consuetudines exigebant, ipsaque Priuilegia ex-
postulabant, cum omnibus & singulis illarum incidentibus,
dependē. emergē. annexis, & connexis, tam coniunctim,
quam diuisim, etiam sine aliqua registorum in huiusmodi
causis factorum exhibitione, & productione cognoscendas,
seu

ceptorijs, Domibus, Locis, & Membris, ac alijs Beneficijs Hospitalis huiusmodi libere disponere potuisse, & posse, & sic iudicari debere; ac quicquid secus super his attentari cōtingeret, irritū & inane decreuerat. Similis memoriæ Paulo Papæ III. similiter Prædecessori nostro pro parte tunc Magistri, ac Priorum, Baiuliuorū, Præceptorū, Militum, & Fratrum dicti Hospitalis exposito quod antea eisdem Magistro, Prioribus, Præceptoribus & Fratribus, à dicta Sede cōcessum fuerat, vt in Parochijs, & Locis in quibus veteres decimas percipiebant, noualiū decimas pro ea parte qua veteres percipiebant, similiter perciperēt (licet de cōcessione huiusmodi, cum eorum munimenta in prædicta expugnatione periissent vt præfertur, docere non possent) præfatus Paulus Prædecessor, Magistri, Priorū, Baiuliuorum, Præceptorum, Militum, & Fratrum prædictorū in ea parte supplicationibus inclinatus, concessionē, facultatem, cassationem, reuocationē, annulationem, irritationem, reductionem, restitutionem, repositionem, reintegrationem, cōmissionem, mandatum, liberationem, exemptionem, derogationē, Statutum, & alia per Clementē VII. concessa, & gesta, necnon suppressionē, extinctionem, applicationem, approbationem, concessionē, assignationem, absolutionem, & translationem per Innocētium VIII. ac facultatem, seu indultum percipiēdi decimas noualium pro ea parte, qua veteres decimas percipiebant; necnō omnia, & singula, tam per præfatos Alexādrum, Gregorium, Bonifacium, Clementem V. Innocentium III. Calixtum, Leonem, & Clementem VII. quam etiam similis memoriæ Ioannem XXII. Martinum V. Alexādrum V. Pium II. Paulum etiam II. Alexandrum VI. & quoscunque alios Romanos Pontifices Prædecessores suos, ac Sedem præfatā eidem Hospitali, & illius Prioratibus, Baiuliujs, Præceptorijs, Domibus, Hospitalibus, Ecclesijs, Capellis, & alijs Locis, ac Membris, necnon pro tempore existentibus Magistro, Prioribus, Baiuliujs, Præceptoribus, Militibus, Fratribus, & Personis, ac eorum Vassallis, & Seruatoribus eatenus sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & De-

Cōfirmatio cōcessorū per Clementem VIII. ac Innocētium VIII. etiā quo ad suppressionē Ordinum S. Sepulchri, &c. ac aliorum Prædecessorū, tā quo ad perceptionē decimarum noualium, quā exemptionem ab oneribus, &c. etiā ratione bonorum ad longum tēpus cōcessorum.

& Decretis quomodolibet concessa, approbata, & innouata, ac cum inhibitionibus & Decretis, necnon omnibus, & singulis alijs in eis contentis clausulis singulas Prædecessorum prædictorum desuper tam sub plumbio, quam in forma Breuis Literas confectas ex certa scientia, per suas sub plumbio confectas Literas approbavit, confirmavit, & innouavit, ac valida, & efficacia existere, & perpetua roboris firmitate subsistere, suosque effectus fortiri; ac etiam quo ad Possessiones, Terras, & bona quæ ad quantumcunque longum tempus (quod nonaginta nouem annos, seu trium vitam intelligi, seu censi debere decreuit & declarauit) non tamen in perpetuum Feudum, seu emphyteusim eatenus concessa fuerant, & in futurum concederentur, inuiolabiliter; Ita quod ipsi Priores, Præceptores, & Fratres, necnon Coloni Arrendatarij & Firmarij pro possessionibus, terris, & bonis etiam ad nonaginta nouem annos, seu trium vitam, non tamen in perpetuum Feudum seu emphyteusim vt præfertur pro tempore concessis; necnon suis & alijs in illis pro tempore habitis, aut nascituris animalibus, à solutione quorūcunq; dationum, seu decimarum, vel aliorum onerum, iuxta tenorem Literarum Clementis VII. Prædecessoris huiusmodi immunes, & exempti perpetuo existerent, per quoscūque quauis Dignitate, & præminetia præfulgerent, etiam sub sententijs, censuris, & pœnis in eis contentis perpetuo obseruari; Necnon Magistro, Prioribus, Baiuluis, Præceptoribus, Militibus, Fratribus, Personis, Vassallis, Subditis, & Seruatoribus præfatis suffragari debere decreuit: omnesque, & singulos iuris, & facti defectus, siqui forsan interuenerant in eisdem; suppleuit; ac præmissa omnia & singula prout per singulos Prædecessores, & Sedem præfatos decreta, concessa, prohibita, Statuta, ordinata, innouata, & gesta fuerant, in omnibus, & per omnia perpetuo concessit, decreuit, prohibuit, statuit, ordinavit, & fecit. Illaque etiam ad hoc vt Magister, & singuli Priores, Baiului, Præceptores, Milites, & Fratres Hospitalis huiusmodi pro eorum libito voluntatis Parochiales, ac etiam sine cura Ecclesias, vel earum

1111

Vica-

Quod concessa ad longum tempus, quod intelligatur ad 99. annos, seu triū vitam, non tamen in perpetuum Feudum, seu emphyteusim, gaudeant Priuilegijs, & exemptione.

Quod ad Parochiales, & alias Ecclesias dicti Ordinis depu-

tari possint Fratres Capellani, nō obstante qđ per abusum, aut alias etiam per longissimū tempus Presbyteris Secularibus fuerint collate, aut cōferri cōsue-
runt.

Quod Fratres Capellani a Presbyteris Secularibus non differunt, nisi p gestationem Crucis ad pectus.

Quod Fratres Capellani a Presbyteris Secularibus non differunt, nisi p gestationem Crucis ad pectus.

Vicarias, seu Capellanas perpetuas, aut Capellas, vel Altaria, seu alia Beneficia simplicia, ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, electionem, seu quamvis aliam dispositionem, ratione Prioratum, Baiulivarum, Præceptoriarum, etiam Camerarum Magistralium nuncupatarum, Hospitalium, Domorum, & aliorum Beneficiorum dicti Hospitalis per eos pro tempore obtentorum, de Iure, Statuto, Cōsuetudine, Fundatione, aut Priuilegio, vel alias quomodolibet spectantia, & pertinentia, & ab ipsis Baiuliujs, Præceptorijs, Domibus, Hospitalibus, & alijs Beneficijs dependentia, seu illis annexa, quæ dudum forsan Fratribus saltem Capellanis eiusdem Hospitalis, & ab eisdem Magistro, Prioribus, Baiuliujs, ac Præceptoribus, & alijs prædictis conferebantur, à longo tamen, & forsan longissimo tempore citra, de cuius initio memoria Hominum forsan non existeret, per ipsos Magistrum, Priores, Baiuliuos, Præceptores, Milites, & Fratres per abusum, aut ex defectu Fratrum Capellanorum, vel aliarum Personarum eiusdem Hospitalis ad idoneorum, Clericis seu Presbyteris Secularibus collata, aut conferri, & per ipsos Presbyteros, vel Clericos Seculares obtineri solita, etiam Fratribus Hospitalis huiusmodi, præsertim Capellanis nuncupatis, qui vt assereretur à Presbyteris, seu Clericis, nisi quoad gestationem Crucis, vel Habitum dicti Hospitalis ad pectus non differerent, immo Priuilegijs Clericorum Secularium iuxta forsan eorum Priuilegia, & Cōsuetudines gaudere solebant, si ad id alias idonei, & habiles reperirentur, conferre, ac alias de illis prouidere, & disponere, ipsique Fratres, quibus Beneficia huiusmodi conferri contingeret, illa si sibi alias canonicè conferrentur, aut ipsi eligerentur, præsentarentur, vel alias assumerentur ad illa, & instituerentur, in eis recipere, & in titulum etiam quoad viuerent, retinere respectiue, libere, & licite valerent extendit, & ampliauit; eisque concessit, & pariter indulgit; ac cum eis super hoc legitime dispensauit. Necnon Magistrum, Priores, Baiuliuos, Præceptores, Milites, Fratres, Personas, Vassallos, Subditos, & Seruitores prædictos, illis omnibus iuxta illorum

rum

rum continentiam, & tenorem perpetuo, vti, potius, frui, & gaudere libere, & licite posse decreuit, prout in singulis Literis Prædecessorum huiusmodi plenius continetur. Nos igitur cupientes vt Religio Hospitalis huiusmodi, cuius Fratres nullis parcendo periculis, contra Pyratas, Turchas, & alios Christi nominis hostes dimicare, ac pro salute Christiana honestam mortem oppetere non cessant, & quaqua versus Classis Christianorum in Infideles dirigitur, vocati se illi adiungunt, primosque congressus fortiter sustinent; sicuti nouissime in expugnatione Terræ Aphricæ, priscam virtutem ostēdentes, omnium primi illius muros conscenderunt, salubriter dirigatur, & amplietur; Dilectos Filios Ioannem de Valeta modernum Magistrum, ac Priores, Baiuliuos, Præceptores, Milites, Fratres, & Personas Hospitalis huiusmodi, ac eorum singulos à quibusuis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati, existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, Motu proprio, non ad Ioannis de Valeta Magistri, aut Baiuliuorum, Priorum, Præceptorum, Militum, Fratrum, vel Personarum prædictarum, seu aliorum pro eis nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, Statuta, ordinationes, declarationes, reuocationes, cassationes, irritationes, voluntates, monitiones, requisitiones, promulgationes, suppressiones, extinctiones, vniones, incorporationes, concessiones, etiam facultatum assignationes, decreta, annullationes, aduocationes, remissiones, inhibitiones, iniunctionem, moderationem, repetitionem, renouationem, approbationes, confirmationes, suppletiones, restitutionem, repositionem, commissionem, mandatum, susceptionem, liberationem, exemptionem, subiectionem, prohibitionem, extensionem, ampliacionem, indultum, & dispensationem Martini, Sixti, Innocentij, Iulij, Leonis,

Pius IIII.

Cōmemoratio.
& cōmendatio
rerum præclare
gestarum à Mi-
litibus, & Fra-
tribus Religio-
nis Hierofoly-
mitanæ.

Cōfirmatio, &
approbatio om-
nium, & singu-
lorum per Præ-
decessores con-
cessorum.

Cle-

Clementis, & Pauli Prædecessorum huiusmodi, necnon omnia & singula Priuilegia, iurisdictiones, facultates, immunitates, concessiones, indulgentias, libertates, prærogatiuas, exéptiones, gratias, fauores, & indulta Hospitali, Baiuliijs, Prioratibus, Castellaniæ, Præceptorij, Domibus, Conuentibus, seu Monasterijs, Ecclesijs, Capellis, Locis, & Membris, necnon pro tempore existentibus Magistro, Baiulij, Prioribus, Castellano, Præceptoribus, Militibus, Fratibus, & Personis, ac eorum Vassallis, Subditis, & Seruitoribus per prædictos, & alios quoscunque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, & Sedem prædictam sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & Decretis hæcenus quomodolibet concessa, approbata, & innouata, necnon cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis, singulas eorundem Prædecessorum, tam sub plumbo, quam in forma Breuis Literas, prout per Antecessores nostros Leonem X. Clementem VII. & Paulum III. concessa, confirmata, & approbata fuerunt; Et Constitutionem forum nua-

Cōfirmatio cō-
stitutionis adi-
te in Curia Ara-
gonum, per quā
preferuntur pro-
uisi a Magistro,
& Cōuentu in
adipiscēda pos-
sessione Benefi-
ciorū dicti Or-
dinis.

Cōfirmatio Sta-
bilimentorum,
& Ordinatio-
num in Capitu-
lo Generali de
Anno 1558.
aditorum.

cupatam in nouissime celebrata Curia Regum Aragonum, ut accepimus, editam, qua inter alia caueri dicitur expresse, quod pro euitandis litibus, & discordijs, quæ sæpius in Præceptorij dicti Hospitali suscitari solent, in Præceptorij, & Beneficijs Hospitalis huiusmodi ad manus Iudicum ad id competentium apprehensis, in tenuta, & possessorijs, ac alijs articulis, & processibus, qui coram Iudicibus Secularibus tractari possunt, illi obtinere debeant, qui per Magistrum, & Conuentum Hospitalis huiusmodi prouisi, eorum Bullas, & Executoriales Regias habuerint, & reportauerint, iuxta Literarum ipsius Ioannis Prædecessoris continentiam, & tenorem: Et insuper omnia, & singula Stabilimenta, Ordinationes, & Decreta in Capitulo Generali nouissime celebrato edita, præsertim de Festis Apostolorum duplici Officio celebrandis, & responsione, ac nouis impositionibus iuxta formam Stabilimentorum, & Priuilegiorum eorundem factis, super Prioratibus, ac alijs Beneficijs, & Locis dicti Hospitalis ad subleuandum illius onera, & de illegitimis

timis in Fratres Milites eiusdem Hospitalis neuiquam co-
optandis, nisi ex Comitum, aut Superiorum genere, nec
etiã illis nisi à Patre, Auo, & Proauo paterno per seriem Il-
lustribus Prognatis, necnō diuisione Animalium, quæ in Præ-
ceptorij decedentium Præceptorum reperiuntur, pro vna
Præceptorij ipsis, & pro alia medietatibus, vel etiã aliquã-
dò in totum Aerario publico in certos casus applicandis, ac
pœna in non soluentes responsiones, & impositiones Aer-
ario, necnon Commutatione solutionis iurium ratione Mor-
tuariorum, & vacantium, & dilatione diuisionis bonorū Spo-
liorum mortuo Magistro præfato, & annumeratione certarum
Præceptoriarum, quæ Magistratui sunt perpetuo vnitæ.
Ac forma Licentiarum exercendi Militiam Secularem per
Fratres, cum pœnis in contrafacientes, & prouisione aduer-
sus malos Administratores bonorum; Necnō acceptatione
Administrationis communis Aerarij per Magistrum præfa-
tum factâ ad requisitionē Sexdecim Capitularium, & reli-
qua, quorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum in-
fererentur præsentibus pro expressis & insertis haberi volu-
mus, Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus,
confirmamus, & innouamus. Ac ad Hospitale prædictum ad
præsens in Meliuitan. & non in Rhodi Insula consistens, il-
liusque Magistrum, Baiuliuos, Priores, Præceptores, Fratres,
& Personas, ac alia infra scripta extendimus, & ampliamus,
eaq; omnia valida, & efficacia existere, & perpetuam robo-
ris firmitatē obtinere, suosq; effectus sortiri, ac ab omnibus
quauis Dignitate, & præeminentia fulgeant, etiam sub sen-
tentij, censuris, & pœnis in eis contentis, perpetuo inuiola-
biliter obseruari decernimus. Necnō causas sub Literis Mar-
tini, & Clementis Prædecessorum huiusmodi comprehensas,
ac omnes, & singulas Lites, & quærelas, siue in dicta Curia,
tam in Auditorio nostro, quam per commissiones, siue extra
eam super quibusuis dicti Hospitalis Beneficijs, ac bonis, &
pecunijs Thesauri, & Fratrum quorumcunque, seu super eorū-
dem delictis, etiam si ex aduerso aliqui Clerici Seculares,
vel Regulares, aut Laici existerent, & actiue, seu passiuè, iu-

Quod Bastardij
nisi ex Illustriū
Genere nō re-
cipiantur.
Diuisio Anima-
liū quomodo.

Commutatio
solutionis Iu-
riū Communis
Thesauri.

Camere Magi-
strales.

Licentia exer-
cendi Militiam
Secularem.

Administratio
iurium commu-
nis Aerarij Ma-
gistro concessa.
Extensio Priui-
legiorum ad In-
sulam Melitam.
Aduocatio cau-
sarū, &c. iuxta
formam Literarū
Martini V.
& Clemēs VII.
& alias etiã su-
per quibuscun-
que Bonis, &
Pecunijs dicti
Ordinis, etiam
ratione Delicti
etiam cōtra Se-
culares, & Lai-
cos, & in qui-
buscunque in-
stantijs, etiam
quo ad causas
in futurum mo-
uendas.

xta alias formam Stabilimentorum, & Præilegiorum prædi-
 ctorum in dictis causis quomodolibet, & in quacūque instā-
 tia interuenissent hætenus moras, in quibus tamen non cō-
 clusum sit, & in futurum quouis prætextu mouendas, in qui-
 busuis instantijs pendentes, quarum status, & merita, etiam
 præsentibus haberi volumus pro expressis, ad nos aduoca-
 mus, ac illas eisdem Magistro, & Cōuentui per eos iuxta for-
 mam dictorum Stabilimentorum, & laudabilium Consue-
 tudinum prædictorum in statu debito reassumendas, & de-
 cidendas committimus, eosque, quorum intererit citandi,
 & quoties opus fuerit inhibendi, etiam sub cēsuris, & pœnis
 Ecclesiasticis, tam in Curia prædicta, quam extra eam, facul-
 tatem concedimus; Nec non illorum sententias, & rem iudi-
 catam per Priorem Ecclesiæ dicti Cōuentus, etiam sub cē-
 suris, & pœnis Ecclesiasticis contra Condemnatos, etiam in
 Curia prædicta, tam realiter, quam personaliter exequi mā-
 damus; Ita quod alibi, quam in dicto Hospitali, aut extra il-
 lud ex Magistri, & Cōuentus commissione, iuxta Stabili-
 menta, & vsus huiusmodi cognosci, & terminari nequeant.
 Nec à sententijs per Iudices dicti Hospitalis pro tempore la-
 tis, ad alium, quam Magistrum, & Cōuentum prædictos,
 seu Iudices ab eis Deputatos in quavis instantia, neque à se-
 tentijs per ipsum Magistrum, & Cōuentum latis, alio, quam
 ad ipsum Generale Capitulū, siue per ipsius Hospitalis Fra-
 tres, siue per ipsos Subditos, & Vassallos, quoquomodo ap-
 pellari possit. Immo vsque ad tertiam sententiam in eodem
 Cōuentu procedere teneantur: Et similiter quod omnes se-
 tentiæ per eosdem Magistrum, & Cōuentum latæ, omnes
 item Commissiones, Citationes, Collationes, Bullæ, & om-
 nia denique eorundem Rescripta ad omnes suæ iurisdictioni
 Subditos, ac reliquos etiam, quorum intererit causas, lites,
 seu querelas coram ipsis pertractari directa exequi, et à nul-
 lis Locorum, et Terrarum Dominis, etiam Ducali, aut Re-
 gali Dignitate fulgentibus aliqua ratione expectandi con-
 sensus, seu alio quouis quæsito colore in eorundem execu-
 tione impediri possint; Seruato tamen in eis exequendis Dat.

ordi-

Facultas reassu-
 mendi Causas,
 citandi, & inhi-
 bēdi, & exequē-
 di Sententias,
 & rēsiudicatas.
 Prohibito ap-
 pellationis ad
 alios, quam di-
 cti Ordinis Iu-
 dices, videlicet
 à Delegatis ad
 Magistrum, &
 Cōuentum ab
 ipsis vero ad Ge-
 nerale Capitu-
 lum.

Quod omnes
 sententiæ Cō-
 misiones, Cita-
 tiones, Colla-
 tiones, & rescri-
 pta Magistri, &
 Cōuentus vbi-
 que exequi pos-
 sint, absque ali-
 quo desuper ex-
 pectando con-
 sensu.

ordine; ita quod eorum vltima primis anteferri nequeant. Ac quod contra Clericos Seculares, seu Laicos, Prioratus, Baiulias, Præceptorias, Domos, et alia Beneficia Hospitalis huiusmodi occupantes, seu illi, aut eius communi Thefauro, seu Fratibus occasione Responſionum annuarum, Vacantium, Mortuorum, Annatarum, Paſſagiorum, Arra-
 regionum, seu alias quomodolibet debentes, siue agant, siue conueniantur, etiam in quauis instantia ad causam veniant, Magister, et Conuentus præfati, modo et forma, quibus contra ipsius Hospitalis Fratres procedi consuevit, libere procedere, et eos Prioratibus, Baiulias, Præceptorijs, Domibus, et alijs Beneficijs huiusmodi iuxta alias formam Priuilegiorum prædictorum, priuare valeant, concedimus, et indulgemus. Necnon Personas in Dignitate Ecclesiastica vbi-
 libet constitutas, et quoscunq; Locorum Ordinarios, ac eorum Vicarios, et Officiales, necnon Canonicos Metropolita-
 nan, et Cathedraliũ, aliarũque Ecclesiarũ Prælatos, et Rectores per eosdem Baiulios, Priores, Præceptores, et Fratres, ac eorum singulos pro tẽpore eligendos in Conseruatores, qui
 quandiu exercuerint dictum Officium, à nemine quominus illud exerceant sub aliquo prætextu impediri, vel molestari possint deputamus. Ita quod ipsi sic Electi sub excommunicationis læ sententiæ pœna eosdẽ Priores, Baiulios, Præ-
 ceptores, et Fratres, ac eorum singulos aduersus inferentes eis, aut eorum Seruitoribus, et Familiaribus iniurias, seu gra-
 uamina, vel damna in Personis, rebus, et bonis, seu exigentes ab eis Vestigalia, Datia, Pedagia, Gabellas, Collectas, aut alia onera, defendere, et præseruare, ac omnem eorum iurisdictionẽ exercere: Necnon sententias, censuras, et pœnas Ecclesiasticas cõtra Rebelles, et Inobediẽtes cũ effectu promulgare, ac omnibus facultatibus Cõseruatoribus dicti Hospitalis, et illius Personarũ per quascũq; Literas Apostolicas quomodolibet cõcessis vti; ac Priuilegia Prioribus, Baiulias Præceptoribus, et Fratibus præfatis pro tempore cõcessa, eis obseruari facere debeãt, et teneãtur. Ac iura Mortuorum, et Vacantium, necnon Arreragiorum, Paſſagiorum, et aliorum

Quod contra Seculares, vel alterius Ordinis Regulares Laicos debitorum, eo modo procedi possit, quo cõtra Fratres eiusdẽ Ordinis procedi cõsuevit. Quod quælibet Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ, & alias, vt hic eligendæ cõseantur deputatæ in Conseruatores, & durante Officio sint exẽptæ, & gaudeant Priuilegijs.



Quod Iura
Mortuoriorū,
ac vacantium,
&c. sub pœnis
hic expressis e-
xigi, & solui de-
beant.

Exemptio, & fa-
cultas pro Fra-
tribus Capella-
nis recipiendi
Ordines à quo-
cūque, & extra
tempora, &c. si-
ne licentia, cele-
brandi etiā su-
per Altari por-
tatili.

Exemptio pro
Fratribus, & a-
lijs Personis di-
cti Ordinis, à
Decimis, Cano-
nica portione,
charitativo sub-
sidio, Quartis,
& alijs Contri-
butionibus.

Exemptio à sub-
sidio cōcesso Re-
gi Hispaniarū,
& Quarta cō-
cessa Regi Frā-
cie, ac alijs Fa-
cultatibus eis-
dem, vel alijs
Principibus cō-
cessis, vel in fu-
turū cōceden-
dis.

quorumcunque, ita vt quæuis Personæ cuiuscunque Eccle-
siasticæ Dignitatis existentes, Beneficia Hospitalis huiusmo-
di pro tempore obtinentes, illa soluere omnino teneantur,
& adstricti sint, ac ad id etiam sub sententijs, censuris, & pœ-
nis Ecclesiasticis, ac alias iuxta eorundem Priuilegia, priua-
tionis, & apprehensionis etiam Beneficiorum ad manus suas
remedijs cogi possint, solui mandamus. Necnon Exemptio-
nem, & liberationem prædictas, ita quod Magistri Baiuliuo-
rum, Priorum, Præceptorum, & dicti Hospitalis Fratres Ca-
pellani, à quocunque Catholico Antistite sub Romanæ Se-
dis obedientia constituto, Sacros Ordines, etiam extra tem-
pora à iure statuta, tribus diebus festiuis suscipere, & in qui-
busuis, tam Secularium, quam Regularium Ecclesijs, absque
alicuius licentia, etiā Altari portatili celebrare possent. Nec
omnino aliquis ex prædicti Hospitalis, Fratibus, Donatis,
Seruitoribus, Vassallis, & Colonis in Prioratibus, Baiuliuat-
ibus, Commendis, Domibus, Membris, aut alijs quibusuis
Beneficijs, Prædijs, siue Grangijs quomodocunque à dicto
Hospitali dependentibus, in quibuscunque locis sub quo-
rumcunque Patriarcharum, Episcoporum, Vniuersitatum,
Hospitalium, Rectorum Ecclesiarum, limitibus, & iurisdic-
tione constituti, Decimas, aut Canonicam portionem, seu
charitativum Subsidium, aut Quartas, nuncupatas, seu alias
quascunque Collectas, vel Cōtributiones, tam ex antiquis
eorum Culturis, quam ex recenter cultis Noualibus, alicui
quouismodo soluere teneantur: A quibus omnibus exactio-
nibus, atque etiam, tam nouo Subsidio, Dilecto filio nostro
Philippo Hispaniarum Regi in suis Regnis, per quoscunque
Romanos Pontifices Prædecessores nostros concessis, quam
Canonica Portione, seu Quarta nuncupata in Franciæ Re-
gnis nuper imposita, necnon à quibuscunque alijs Facultati-
bus Regibus huiusmodi, & alijs Principibus cōcessis, vel cō-
cedendis in futurum, omnia dicti Hospitalis Loca, vt præfer-
tur, necnon Ecclesiarum quomodocunque à dicto Hospita-
li dependentium Fabricas libera, & liberas, exempta, & exē-
ptas, sicut per Prædecessores nostros Romanos Pontifices
fuis-

fuisse, ita modo esse declaramus, & volumus. Addétes quod præfati Magister, & Conuentus, Priores, Baiulii, Præceptores, aut quicumque alij ex dicti Hospitalis Fratribus, per quoscunq; Locorum, aut Terrarum Dominos, tam Spirituales, quam Téporeales, etiam si Regali Dignitate præfulgeât, etiam in Terris Sactæ Romanæ Ecclesiæ (sicut alias per suas olim Paulus abh. Prædecessor noster cõcesserat) ab extractiõne Frumentij, Ordij, Vini, Olei, Leguminum, & quorũuis fructuum, atq; etiam Decuniarũ ex Prioratibus, Baiuliatibus, Commendis, Membris, Domibus, Grangijs, alijsue prædicti Hospitalis Locis proueniẽtium, nullo vnquam modo impediri possint, quominus præfata omnia pro sua Possessorũ uoluntate quæcunq; Fidelium Loca ab omni Pedagio, Datio, seu Tracta, quæ dicitur, Libera & exẽpta ualeant asportare, & Bona etiã Patrimonialia Magistri Baiuliuorum, Priorum, Præceptorum, & Fratrum, ac aliarum Personarum huiusmodi, tam acquisita, quam in posterum acquirenda, aut illis quouismodo, etiam ex concessione Apostolica, vel Magistrali pertinentia, ex die emissæ per eisdem Magistrũ, Baiulios, Priores, Præceptores, Fratres, & Personas, professionis, ut præfertur, ab omnibus Decimis, & alijs Oneribus libera, immunia, & exempta existant; Et ipsi Magister, ac Conuentus, necnon Prior Ecclesiæ, aliq; Priores, & Præceptores intra limites suarum iurisdictionum, & Administrationũ veri Ordinarij, iuxta formam Stabilimentorum, & Præilegionum prædictorum existant, & esse censeantur. Ac Beneficia Ecclesiastica ad præsentationem, seu collationem Baiuliuorum, Priorũ, & Præceptorum Hospitalis huiusmodi suffragari debere decernimus. Ita quod Presbyteri Seculares illa ad præsens in Commendam, seu alias quomodolibet obtinentes, Commendæ huiusmodi cedere, aut illa alias dimittere nequeant, nisi de cõsensu eorum, ad quos præsentatio, seu collatio spectat, & in fauorẽ dicti Hospitalis, seu Personarum, quæ Habitum per Fratres Capellanos eiusdem Hospitalis deferri solitum suscipiant, & professionem per eosdẽ emitti solitam emittant: nec illa deinceps ipsi, nisi infra sex

anno

men-

Exemptio, seu Facultas extra hendi, Frumentũ, Ordeum, Vini, Olei, Legumina, Fructus, & Pecunias, illaque ad quæcunq; Loca Fidelium libere sine Datio, Pedagio, & Tracta asportandi.

Exemptio Bonorum, etiã Patrimonialium, & aliorum, ut hic.

Quod Magister, & Conuentus, necnon Prior Ecclesiæ, aliq; Priores, & Præceptores intra limites suarũ Administrationũ veri Ordinarij sint.

Quod Presbyteri Seculares obtinẽtes Beneficia dicti Ordinis illis cedere non possint,

nisi de consensu, ut hic, minusque illa retinere, nisi Habitum suscipiant, &c.

Quod cessiones, Resignationes, & provisiones de Beneficijs dicti Ordinis sine clausula, & de consensu Magni Magistri, nullius sint roboris.

Indulgentia plenaria pro Fratribus, & alijs pugnantibus, & porrigentibus manus adiutricibus.

Alia pro visitationibus eorum Ecclesiarum in diebus hic expressis.

Facultas super votis, usuris, male ablatis, & alias, ut hic relictis.

Alia super Confratribus pro colligendis Eleemosynis deputandis.

Alia super Confratribus pro colligendis Eleemosynis deputandis.

mensis, à die intimationis Habitum ipsius Religionis susceperint, & Regularem professionem infra alios sex menses emisserint, possidere possint; & si secus fiat, aut cessionem, seu resignationem huiusmodi, ac de dicti Ordinis Beneficijs, etiam in manibus nostris in futurum fieri cotingat, huiusmodi cessiones, resignationes, & provisiones nullius sint roboris, vel momenti, nisi in illis expresse dicatur (& de consensu Magni Magistri) & de illis iuxta formam Privilegiorum dictae Religionis provideatur. Ac quascunque Indulgentias, & peccatorum remissiones hactenus eis per Praedecessores nostros concessas, & praesertim Sixti III. de plenaria Indulgentia semel in vita, & in mortis articulo, pro eis, eorumque Seruitoribus, & Ministris pugnantibus. Ac Honorij III. de alia plenaria pro his qui eis manus porrexerint adiutricibus. Ac Clementis VII. & suorum Praedecessorum de quadraginta annis, & totidem Quarantenis, ac septima parte iniunctae poenitentiae provisitantibus eorum Ecclesias, & Oratoria ubicunque existentia, & manus porrigentibus adiutricibus in singulis secundis, quartis, & sextis Ferijs Quadragesimae, & Capituli Ieiuniorum, ac Festi Sancti vocabuli dictarum Ecclesiarum: Necnon Clementis V. quoad facultatem super votis (Terrae Sanctae, & Castitatis duntaxat exceptis) ac super usuris, rapinis, & male ablatis, vel acquisitis, quorum Domini certi non reperiuntur, & indistincte relictis in ultimis voluntariis pro sustentatione Pauperum: ac super Diuinis, Officijs, & Horis Canonicis omissis componendi, & absoluendi; Ac Urbani, etiam Praedecessoris quoad Confratrias dicti Ordinis pro colligendis eleemosynis semel in anno admittendas, & alijs Confratribus non postponendas, confirmamus, & approbamus: Et insuper cum Prioratus, Baiulivae, Praeceptoriae, Domus, & alia Beneficia Hospitalis huiusmodi, eorumque bona omnia praefato Hospitali inseruiant, & quodammodo vnita sint, & pro tempore existentes Magister, & Conuentus Hospitalis huiusmodi plenam in ea iurisdictionem habeant, Prioratus, Baiulivas, Praeceptorias, Domos, Conuentus, Monasteria, & alia Beneficia huiusmodi de caetero ex Personis illa
obti-

obtinentibus vacare non posse, sed cedentibus, vel de-
 dentibus, illorum pro tempore Possessoribus, ea vni seu plu-
 ribus, non in titulum perpetui Beneficij Ecclesiastici, sed
 tanquam manualia ad nutum, seu amouibiliter iuxta for-
 mam Stabilimentorum, & Priuilegiorum prædictorum con-
 cedi, & assignari debere, Et per quamcunque rem iudica-
 tam Magistro, & Conuentui præfatis, nisi ipsi specialiter ad
 causam vocati fuerint, super iurisdictione prædicta, & sua
 civili eorum possessione præiudicari, aut præiudicatum cen-
 sari non posse, sed eos semper, re iudicata huiusmodi non
 obstate, super possessio huiusmodi agere, & de Spolio da-
 re posse, ipsosque Magistrum, Priores, Baiulios, Præce-
 ptores, Milites Fratres, Personas, Vassallos, Subditos, &
 Seruitores in ipsius Hospitalis, & Religiosorum causis in
 omni iudicio, & contra quoscunque vbi alia probationes
 non existunt, etiam iuxta formam Stabilimentorum, & Pri-
 uilegiorum prædictorum in Testes adhiberi. Necnon Magi-
 strum, & Conuentum quoscunque & singulos Priores, Ba-
 iulios, Castellani Empostæ, suorum Prioratum, Baiu-
 liarum, & Castellania Fratres, seu Religiosos Delinquen-
 tes, vel Inobedientes, cuiuscunque Dignitatis, status, gradus,
 ordinis, & præminentia existentes, etiam si quauis, etiam
 Apostolica exemptione fungantur, in quocunque Loco quã-
 tumis Priuilegiato, & quauis etiam Imperatoris, Regum,
 seu aliorum Principum, etiam Ecclesiasticorum Curia, per
 se, aut suos Officiales, & Ministros capere, & incarcerare, ac
 captos à se, vel eorum nomine liberare, & ad Hospitale præ-
 dictum per Magistrum, & Conuentum prædictos, iuxta eorū
 Constitutiones, & Stabilimenta puniendos, sub debita custo-
 dia transmittere, & transmitti facere libere, & licite posse; ac
 tam Ecclesiasticos, quã Seculares Officiales, & Locorū Pote-
 states, ad eisdē Magistro, & Conuentui, Prioribus, Baiulius,
 & Castellano in præmissis assistendum, ac auxiliū, consiliū, fa-
 uorem, & iuuamen præstandum sub excommunicationis, &
 alijs sententijs, censuris, & pœnis Ecclesiasticis teneri, & obli-
 gatos fore. Necnon præsentium, & quorumcunq; Priuile-
 gio-

Quod Beneficia dicti Ordinis, vtpote vilita Hospitali, de cetero non vacent. Nec in Titulū, sed ad nutum concedantur.

Quod nulla res iudicata super iurisdictione, aut civili possessione Magistri, & Conuentus illis præiudicet, nisi specialiter ad causam vocati fuerint.

Quod Fratres dicti Ordinis, in suis, & religionis causis in testes recipi possint.

Quod Magister Priores &c. quoscunque Fratres Delinquentes, & inobedientes, vbiq; capere, absque alicuius licentia possint.

liberum

missa libere disponere, aut illa alias per eum, vel eos ad quem, seu quos, Antiquitatis, vel alio iure pertinet, acceptari possint. Decernentes presentibus in eis contentis omnibus non nisi eisdem modo, & forma, quibus in Literis Leonis, Clementis, & Pauli Prædecessorum prædictorum concessum est, nullatenus derogari posse, nec derogatum censerit. Et sic in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque Iudices, & Commissarios, quavis auctoritate fungentes, tam in dicta Curia, quam extra eam pro tempore deputatos (Sublata eis, & eorum cuilibet quavis alias circa præmissa iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate) iudicari, & definiri debere; Ac irritum, & inane, si secus super præmissis omnibus, & singulis à quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca Venerabilibus Fratribus nostris Archiepiscopo Toletanensi, & Episcopo Parisiensi, ac pro tempore existenti Curiaë Caesarum Cameræ Apostolicæ Regenti, seu Generali Auditori, per Apostolica scripta Motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios presentes Literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Magistrum, Priorum, Baiuliuorum, Præceptorum, Militum, & Fratrum prædictorum, seu alicuius eorum desuper fuerint requisiti, solènter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciât auctoritate nostra præsertim Literas, & in eis contenta huiusmodi firmiter obseruari, ac singulos, quos ipsæ præsertim Literæ concernunt, illis pacifice gaudere. Nò permittentes eos desuper contra præsentium tenorem, quomodolibet molestari; Contradictores, & Rebelles quoslibet per censuras, & poenas Ecclesiasticas, ac etiâ pecuniarias eorum arbitrio moderandas, ac alia iuris remedia, appellatione postposita, compescendo; ac quoscunque quorum intererit, etiâ per Edictum publicum Locis publicis affigendum, constituto summarie de non tuto accessu, citando, ac quibusuis, & quoties inhibendum fuerit, etiâ simili Edicto, ac sub eisdem poenis, & censuris inhibendo, ipsasque censuras, & poenas Ecclesiasticas, etiâ iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiâ ad hoc si opus fuerit auxilio Brachij Secularis.

Quod presentibus literis non nisi modis, & formis, quibus literis Leonis, Clementis, & Pauli derogari concessum est derogari possit.

O
 quod
 non
 ob
 stantibus
 præ
 missis
 ac
 dicti
 Bonifacii
 Præ
 decessoris
 qua
 cauetur
 ne
 quis
 extra
 suam
 Ciuitatem
 vel
 Diocesim
 nisi
 in
 certis
 exceptis
 casibus
 &
 in
 illis
 ultra
 unam
 Dietam
 à
 fine
 sue
 Diocesis
 ad
 Iudiciū
 euocetur
 seu
 ne
 Iudices
 à
 Sede
 præfata
 deputati
 extra
 Ciuitatem
 vel
 Diocesim
 in
 quibus
 deputati
 fuerint
 contra
 quos
 cumque
 procedere
 aut
 alij
 vel
 alijs
 vices
 suas
 committere
 præsumant
 &
 de
 duabus
 Dietis
 in
 Concilio
 generali
 edita
 ac
 quibusuis
 alijs
 Constitutionibus
 &
 Ordinationibus
 Apostolicis
 Necnon
 dicti
 Hospitalis
 etiā
 iuramento
 confirmatione
 Apostolica
 vel
 quauis
 firmitate
 alia
 roboratis
 Statutis
 &
 consuetudinibus
 ac
 quibusuis
 Priuilegijs
 Indultis
 &
 Literis
 Apostolicis
 etiā
 Ordinarijs
 præfatis
 &
 quibusuis
 Ecclesijs
 Monasterijs
 Ordinibus
 Locis
 &
 Personis
 cuiuscunque
 Dignitatis
 status
 vel
 conditionis
 existentibus
 sub
 quibuscunque
 tenoribus
 &
 formis
 ac
 cum
 quibusuis
 clausulis
 &
 decretis
 concessis
 approbatis
 &
 innouatis
 Quibus
 omnibus
 illorum
 tenores
 ac
 si
 de
 verbo
 ad
 verbum
 nihil
 penitus
 omisso
 inserti
 forent
 præsentibus
 pro
 sufficienter
 expressis
 habentes
 illis
 alias
 in
 suo
 robore
 permanens
 hac
 vice
 duntaxat
 specialiter
 &
 expresse
 derogamus
 contrarijs
 quibuscunque
 aut
 si
 aliquibus
 eorum
 coniunctim
 vel
 diuisim
 ab
 eadem
 sit
 Sede
 indultum
 quod
 interdici
 suspēdi
 vel
 excoicari
 non
 possint
 per
 Literas
 Apostolicas
 non
 facientes
 plenam
 &
 expressam
 ac
 de
 verbo
 ad
 verbum
 de
 Indulto
 huiusmodi
 mentionem
 Nulli
 ergo
 omnino
 hominum
 liceat
 has
 paginas
 nostrorum
 absolutionis
 approbationum
 confirmationum
 innouationis
 extensionis
 ampliationis
 decretorum
 aduocationis
 commissionis
 concessionum
 mandatorum
 Indulti
 deputationis
 declarationis
 voluntatum
 additionis
 Statuti
 &
 derogationis
 infringere
 vel
 ei
 ausu
 temerario
 contraire
 Si
 quis
 autem
 hoc
 attentare
 presumpserit
 indignationem
 omnipotentis
 Dei
 ac
 beatorum
 Petri
 &
 Pauli
 Apostolorum
 eius
 se
 noverit
 incursum
 Dat.
 Romæ
 apud
 Sanctum
 Petrum
 Anno
 Incarnationis
 Dominicæ
 Millesimo
 Quingentesimo
 Sexagesimo
 Kal.
 Iunij
 Pontificatus
 Nostri
 Anno
 Primo.

Fed. Card. Cæsius.

Ca. Glorierius.

M. C. Oyrénor.
 BRE-

BREVE
FELICIS RECORD.

PII PAPAE QVARTI

Per quod declaratur, quod Spolia, & bona quacun-
que per Fratres, & Personas Hospitalis S. Ioannis

Hierosolymitani, etiam per illicitam negotia-
tionem acquisita, ad Hospitale præfatum

post eorum obitum, non autem ad

Cameram Apostolicam spe-
ctant, & pertinent.

PIVS Papa IIII. *Ad perpetuam rei memoriam.*

ROMANO interest Põtificis, vt cunctorum
sibi, & Sedi Apostolicæ Deuotorũ; præser-
tim Fratrum Militũ; qui tanquam fortissi-
mum Horthodoxæ Fidei aduersus crude-
lissimos Christiani nominis Hostes pro-
pugnaculũ, duros Hostium expectant in-
sultus; Gratię, & alia eis cõcessa, vt illibata sibi remaneãt pro-
uidere; & eas concessiones quæ Gratijs huiusmodi aliquod
inferre præiudiciũ, aut eas dubias reddere videntur, ad
omnem tollendã hæsitandĩ materiam, ac pacem confouen-
dam declarare, aliasq; & alia in his operari, prout in Domi-
no salubriter cognoscit expedire. Sanè nobis pro parte Di-
lectorũ Filiorum Magni Magistri, & Conuentus Hospitalis
Sancti Ioannis Hierosolymitañ. fuit expõsitum; Quod licet
omnia, & singula Fratrum Militum eiusdẽ Hospitalis bona,
post eorum obitum relicta, ad Hospitale, & Cõuentum præ-
dictum in vim Stabilimentorum, vsuum, & Naturarum dicti
Hospitalis, seu Priuilegiorũ, & Indultorũ Apostolicorum ei-
dem Hospitali, illiusq; Magno Magistro, & Personis, per di-

debere

F 2 uersos

uersos Romanos Pontifices Prædecessores nostros concessorum, & etiam per nos approbatorum, & alias legitime, & de iure spectant, & pertinent. Cum autem nos nuper postquam acceperamus à nonnullis verti in dubium, an res, & bona per Clericos etiam in sacris Ordinibus constitutos, ex negotiatione illicita, aut alias contra Sacros Canones acquisita, uti Spolia, vel alias ad Cameram nostram Apostolicam iure legitimo spectare, & pertinere deberent. Nos omnem desuper hæsitacionis materiã submouere, ac cauillationibus, & altercationibus Litibusq; præcludere, & deniq; malitijs eorum, qui iura dictæ Cameræ vsurpare satagebant obuiam ire, aliasq; in præmissis opportune providere tunc volentes, omnia, & singula res, & bona, cuiuscunq; qualitatis, & quantitatis existentia, ac in quibusuis rebus, & Regnis, ac Dominijs, tam citra, quam ultra Montes, & Maria consistentia, per quosuis Clericos, tam Seculares, quam quorumuis, etiam Medicantium Ordinum, ac Militiarum Regulares, etiam in Sacris Ordinibus constitutos, cuiuscunq; status, Ordinis, & conditionis essent, ac Archiepiscopali, Episcopali, vel alia maiori Dignitate præfulgerent ex negotiatione illicita, aut alias contra Sacros Canones quomodolibet acquisita, quæ pro tempore post obitum eorum, qui etiam ex Facultate quam habuissent testandi, condito Testamento vbiuis locorum decessissent, & decederent, aut quibus illos destitui contigisset remansissent, & remanerent, ad eandem Cameram, & nõ ad alios, etiam in quibusuis Cathedralibus, & Metropolitanis, & Collegiatis, ac alijs Ecclesijs, Monasterijs, Hospitalibus, Militijs, cæterisque Beneficijs Ecclesiasticis, cum cura, & sine cura Secularibus, & quorumuis Ordinum Regularibus, qualitercunq; qualificatis Successores, illa in Titulum, Cõmendam, Administrationem, Commissionem, ac alias quomodolibet pro tempore obtinentes, etiam si ad illa vigore prioris Tituli ius regrediendi, seu accedendi, & ingrediendi aliquibus concessum fuisset spectasse, & spectare; ac sub nomine Spoliorum venire; Illaq; uti Spolia ad Cameram ipsã pertinenẽ, perpetuo colligi, & recuperari potuisse, & posse, ac debere.

solus
 s
 f

debere. Et ita per quoscunq; Iudices, quavis auctoritate fun-
 gen. in quacunq; instan., Sublata eis, quavis aliter iudicandi,
 & interpretañ. facultate, & auctoritate iudicari, & defini de-
 bere; Nec non irritū, & inane, quicquid secus super his à quo-
 quā quavis auctoritate scienter, vel ignoranter cōtigerit attē-
 tari decreuerimus, vel declarauerimus; cum mādati derogati-
 onis, alijsq; clausulis tūc expressis, prout in nostris desuper
 in forma Breuis, sub datū, videlicet, nonis Nouēb. Pont. No-
 stri Anno Primo, expeditis Literis; Quarū tenores hic haberi
 volumus pro expressis, latius cōtinetur: Magnus Magister, &
 Cōuentus, ac Fratres Milites præfati, occurrēte Fratrum Mili-
 tū Hospitalis prædicti obitu super eorūde decedentiū Fratrum
 Militū bonis per Iuriū, & Spoliorū Cam. nostræ Apost. præ-
 dictæ Collectores, & eiusdē Cameræ Cōmissarios, earundē
 Literarum vigore molestari dubitēt. Nos qui eiusdem Hospi-
 talis, & illius Personarū manutētionis, ac necessitatibus quā-
 tū cum Deo possumus libēter prouidēre procuramus; maxi-
 me cōsiderātes attētins eiusdē Hospitalis Fratres Milites,
 se, & sua pro Fide, & illius defensione in crudelissimos Chri-
 stiani nominis Hostes exponere, necesse esse cōtinuo; hoc p-
 fertim instāti tēpore, quo idē immanissimus Hostis Turcarū
 Tyrannus lucri proximē præteriti nō immemor, in Animarū
 Christifidelīū adeo spirat minas, vt omnibus Fidelibus, ma-
 gistrū Fratribus Militibus pauorē incutiēs, ipsos nō immerito
 ad diligētē excitat rerū prouidētiam; Propterea nō cōueni-
 re; vt ijdē Fratres Milites, quī superstitēs existūt, Defunctorū
 spoliati bonis, ad suorū, aliorūq; Christicolarū defensionem,
 rebus priuētur necessarijs; Idcirco vt omnis hæsitādi materiā
 submoueatur, eiusdē Hospitalis, & illius Personarū huius-
 modi indēnitatibus paterno cōsulere affectu, ipsosq; specialis
 gratiæ fauore prosequi volētes; Motu proprio, & ex certa no-
 stra sciētia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, auctori-
 tate Apost. tenore præsentium declaramus, decernimus, & in
 verbo veritatis attestamur nostrę intētionis nunquā fuisse, nec
 esse, neq; in posterū fore per dictas nostras, aut quascūq; alias
 Literas à nobis, & Sede Apostolica, ac alias quomodolibet

pro

pro tēpore emanatas, etiā quascūq; generales, vel speciales, etiā derogatoriā derogatorias, aliasq; efficaciores, & insolitas clausulas, nec irritātia Decreta, sub quacūq; verborū expressione in se cōtineñ. , Statutis, Stabilimētis, V sibus, & naturis Hospitalis prædicti, ac Priuilegijs, Indultis, & alijs Gratijs illi, eiusq; Personis cōcessis, & cōcedendis in aliquo derogasse, nec derogari, seu aliquod eis, vel eorū cuiuslibet præiudicium intulisse, nec inferre: Sed semper valida, & efficacia, ac illæsa, & in suo robore permanisse, & permanere; nec eadē neq; Hospitale, Conuentū, Fratres, Milites, & Personas præfatas, sub prædictis, aut quibuscūq; similibus, vel dissimilibus Literis, Decretis, declarationibus, onerū impositionibus vllatenus cōprehēdi; sed semper ab illis excipi, & quoties ille emanabūt, toties in pristinū, & validum statū restitui debere; ac excepta, & restituta, & de nouo etiā sub data per Magnum Magistrum, & Cōuentū præfatos eligēda, cōcessa fore, & cēferi debere; omniaq; , & singula res, & bona cuiuscūq; qualitatis, & quātitatis existētia, ac in quibusuis rebus, & Regnis, necnō Dominijs, tā citra, quā vltra Mōtes, & Maria cōsistēñ. per quosuis Fratres, Milites, & Personas dicti Hospitalis, quomodolibet acquisita, quæ pro tēpore post eorū obitū, vbiuis Locorū decesserint, & decedēt, aut quibus illos etiā eis viuentibus, nō tamē per Sedē Apostolicā priuari, & eis distitui contigeret, hætenus remāserūt, remanent, & remanebūt ad Hospitale, & Conuentū præfatos non autē ad eandem Camerā, seu alios quoscunq; alias iuxta Stabilimentorū vsuum, naturarū Statutorū, & Priuilegiorū huiusmodi formā, & tenorem spectasse, & spectare; Necnō Hospitale, & Cōuentum huiusmodi, aut pro eis Ageñ. , per Cameræ huiusmodi Iuriū Spoliorum, & bonorum Collectores, Subcollectores, Exactores, Commissarios, vel alios quacunq; auctoritate, Dignitate, vel Officio fungēñ. , & functuros, nullatenus molestari, inquietari, vel perturbari posse, nec debere. Et ita per quosuis Iudices quauis etiā auctoritate Apostolica fungēñ. , etiam Palatij nostri Caufarum Auditores, in quauis causa, & instantia; Sublata eis quauis aliter iudicandi, & interpretādi Facultate, & auctorita-

torita-

L I T E R A E
P I I P A P A E V.
C O N F I R M A T I O N I S
P R I V I L E G I O R V M M I L I T V M

Sancti Ioannis Hierosolymitani.

P I V S P A P A V. *Ad Perpetuam rei memoriam.*



T si cuncta, quæ ex multa Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum providentia, in fauorem Militiarum quarumlibet in Fidei Catholicæ defensionem salubriter institutarum processerunt, executioni debitæ demandanda esse censemus, illa tamen præcipue, quæ ad illarum statum prospere dirigendum per eosdem Romanos Pontifices prudenter concessa comperimus, vt illibata, firmaque perpetuo subsistant, libenter approbationis nostræ munimine roboramus. Cum itaque, sicut accepimus, licet alias foelicis recordationis Leo X. Clemens VII. Paulus III. & Pius III. Romani Pontifices Prædecessores nostri, inter alia Priuilegia & Indulta

dulta Dilectis Filijs Magistro & Conuentui Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani à Sede Apostolica cõcessa, eundem, & pro tempore existentem Magistrum, Baiuliuos, Castellanum Empostæ, Priores, Præceptores, Milites, aliasque Personas Hospitalis huiusmodi, necnon eorum Subditos, Vassallos, Colonos, & Seruitores, ac alios in eorũ obsequijs & dicti Hospitalis Beneficijs quomodolibet nũcupatis existentes, etiam Presbyteros curam Animarum exercentes, quandiu illam exercent, & in illorum obsequijs forent, illorumque animalia, prædia, Domos, molendaria, & bona quæcumque, quæ obtinebant, ac in posterum obtinerent, & possiderēt, a solutione, & exactiõne Decimarum, Censuum, Iurium, etiam Synodaliũ, & Canoniarum Portionũ, seu Charitatiui Subsidijs, aut Iucũdi Aduentus, seu Quartæ, aut alias quomodolibet, aut aliorum quorumcunque onerum, sub certis modo & forma exemerint, & liberauerint; & prout in diuersis ipsorum Prædecessorum desuper confectis literis plenius continetur: Et licet Priuilegia, Exemptiones, Libertates, & Indulta præfata, si vnquam a primæua erectione dicti Hospitalis, nunc præcipue fauore & complemento digna sint; cum ipsi pro Fide Catholica defendenda, non modo facultates & fortunas, verum etiam eorum vitam & sanguinem perdere non dubitauerint: Nihilominus diuersi Locorum Ordinarij, & Parochialium Ecclesiarum Rectores, ac multæ capitulares Personæ, id sibi omnino, iuxta Sacri Concilij Tridentini Decreta, licere asserentes, eisdem Magistrum, Baiuliuos, Castellanum Empostæ, Priores, Præceptores, Milites, & Personas, diuersis oneribus contra eorum Priuilegia prægrauare, illosq; ad Decimas, Censuum, Subsidijs etiam charitatiua, congruas Portiones, Iucundum Aduentum, Pastor bonus, aut alias nuncupata onera, etiam iura Synodalia cogere præsumant, in graue ipsius Hospitalis detrimentum & grauamen: Nosque attendentes quod nuper inter alia mendicantium Ordinum Fratibus concessa Priuilegia, eos & eorum quemlibet tam a Seminarij Clericorum in qualibet Ciuitate, iuxta eiusdem Concilij Tridentini De-

G
creta,

creta, erecti, seu erigendi, quam Decimarū, subsidijs, & aliorum onerum contributione totaliter exemisse & liberasse, præfatosque Magistrum, Baiuliuos, Priores, Castellantum Empostæ, Præceptores, Milites, Fratres, & Personas non minus dignos esse, vt eos paribus fauoribus & gratijs prosequamur; illosque & eorum singulos, ac singulares dicti Hospitalis Personas, a quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis à iure vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes; necnon omnium & singulorum Priuilegiorum, Indultorum, & facultatum, exemptionum, immunitatum, libertatum, & gratiarum per præfatos, & alios quoscunque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac Sedem Apostolicam Hospitali, illiusque Magistro, Conuentui, & Fratribus Militibus, alijsque quibusuis Personis præfatis hæctenus concessorum, ac Literarum desuper confectarum tenores præsentibus pro expressis habentes, Motu proprio, non ad Magistri, & Conuentus Hospitalis huiusmodi, aut alicuius alterius super hoc pro eis nobis oblate petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & de mera nostra liberalitate, ac Apostolicæ potestatis plenitudine, omnia & singula Priuilegia, Indulta, facultates, exemptiones, immunitates, libertates, & alias gratias, eisdem Magistro, & Conuentui quomodolibet concessa, Apostolica auctoritate, tenore præsentium confirmamus, & approbamus; illisque perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus; ac omnes & singulos tam iuris, quàm facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem supplemus; Decernentes præsentibus Literas nullo vnquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu, etiam ex eo quod Locorum Ordinarij vocati non fuerint, notari, impugnari, vel inuolidari minime posse; minusque sub quibuscunque similibus, vel dissimilibus gratiarum reuocationibus, limitationibus, restrictionibus, & de-

roga-

rogationibus, cōprehendi posse: sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas esse. Sicque ab omnibus censi; & ita per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales; Sublata eis, & eorum cuiuslibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari & defini debere; Ac irritum & inane si secus super his a quoquam quauis auctoritate, scienter vel ignoranter contingerit attentari. Quocirca Dilectis Filijs in Regnis Hispaniarum, & Neapolitan. nostris, & Sedis Apostolicæ, pro tempore existentibus Nuncijs, aut Curiaë causarum Camera Apostolicæ generali Auditori, per præsentēs motu simili mādamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios, præsentēs Literas, & in eis contenta quęcunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorundem Magistrī, & Conuentus fuerint requisiti, solenniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra, eisdem Magistrum, & Conuentum confirmatione, approbatione, adiectione, suppletionē, decreto, & alijs præmissis pacifice vti, frui, & gaudere; non permittentes eos per Ordinarios præfatos, aut quoscunque alios, contra præsentium tenorem, quomodolibet molestari, perturbari, aut inquietari; Contradiçtores quoslibet, & Rebelles per sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, appellationē postposita compescendo; ac legitimis super his habendis seruatis Processibus, sententias, censuras, & poenas huiusmodi incurrisse declarando, illasque etiam iteratis vicibus aggrauando, Interdictum Ecclesiasticum apponendo; inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij Secularis. Non obstante piæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. etiam Prædecessoris nostri de vna, & Consilij generalis de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non extrahatur; ac alijs quibusuis Apostolicis, necnon in Prouincialibus, & Synodali-

bus Concilij editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus; necnon iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & Consuetudinibus, Priuilegijs quoque, Indultis, & Literis Apostolicis quibusuis Personis, etiam prefatis Locorum Ordinarijs, sub quibuscunque, tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatorijs, alijisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis, etiam Motu, & scientia similibus, etiam Consistorialibus & de Fratrum nostrorum Consilio, in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & inuouatis: Quibus omnibus (etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua mentio, seu quauis alia expressio habenda, aut aliqua alia forma ad hoc seruanda foret, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum inserti forent, presentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes (illis alias in suo robore permansuris) hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque: aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per Literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem quod presentes Literae non comprehendant neque Ecclesias, neque Personas in his, quae ad curam Animarum pertinent, in quibus Decreta Concilij Tridentini huiusmodi omnino seruari debeant. Dat. Romae apud Sanctum Petrum, sub Anulo Piscatoris, die vigesima nona Nouembris, Millesimo Quinquagesimo sexagesimo octauo, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

P. Ximenez.



LITE-

LITERAE PII PAPAE V.

QVIBVS DATVR FORMA EPISCO-
pis, & alijs Locorum Superioribus, vt tanquam
Sedis Apostolicæ Delegati tantum, visitare pos-
sint Parochiales Ecclesias Ordinis S. Ioannis
Hierosolymitani, in his duntaxat, quæ
curam Animarum, & Sacramento-
rum administrationem respiciunt,
& hoc gratis, & absque vlla
impensa, & onere.

PIVS PAPA V. Ad Perpetuam rei memoriam.



H X P O S C I T Pastoralis Offi-
cij debitum, cui disponente
Domino præsidemus, vt ad
ea sollicitè intendamus, per
quæ discordiarum, & litium,
ac controuersiarum quarum-
libet materia tollatur. Sa-
nè cum nonnulli ex Venera-
bilibus Fratribus Episcopis,
Dilectos Filios Magistrum,
Baiuliuos, Castellanum Em-
postæ, Priores, Donatos, Capellanos, Fratres, Milites, &
alias quascunque Personas Hospitalis Sancti Ioannis Hie-
rosolymitani ratione Ecclesiarum curam Animarum haben-
tium, illarumque Rectores, & Ministros, ad ipsum Magi-
strum spectantes, & pertinentes, iuxta Sacri œcumenici
Concilij Tridentini visitare, dictus vero Magister, & alij
-uqsb præ-

prædicti, ipsos, illorumque Ecclesias, Capellanos & Ministros, dictis decretis minime comprehendi, sed ab illis exemptos esse prætenderent, materia quæstionis orta. Nos igitur eorum paci, & quieti consulere volentes, omnes lites, & controuersias huiusmodi, tam in Romana Curia, quam alibi, coram quibuscunque Iudicibus, in quacunque instantia pendentes, illarumque status, & merita pro sufficienter expressis habentes, ad nos auocantes; eas cassamus, & extinguimus, & super illis perpetuum silentium imponimus; Ac omnes dictæ Militiæ Personas, quibusuis censuris harum controuersiarum occasione cõtra eas per quoscunque latis, & incurtis absoluiamus. Et ne in futurum aliqua amplius controuersia oriri possit; decernimus; declaramus, statuimus, omnes & singulos Locorum Episcopos, & alios Superiores tanquam Apostolicæ Sedis Delegatos, omnes, & quascunque Parochiales Ecclesias, cæteraque Beneficia Ecclesiastica suarum Ciuitatum, & Diocesium, quibus Animarum cura imminer, ad dictam Religionem, eiusque Milites, Capellanos, Ministros, Rectores quomodolibet pertinentes, etiam quod in eis Episcopalem, & temporalem iurisdictionem Religio, & Milites prædicti haberent; eorumque Ecclesias, Rectores, Vicarios, & Ministros quoscunque (in his tamen duntaxat, quæ Animarum curam illiusque exercitium, & Sacramentorum administrationem respiciunt) visitare, omnesque actus visitationem concernentes exercere posse, & debere; Ac Rectores, ceterosque huiusmodi Ministros curam Animarum exercentes minus idoneos repertos, si quidem ad nutum amouibiles sint, statim amouere, sin vero Titulares sint, illico suspendere, ac Superiores eorum monere, vt infra aliquem breuem terminum in locum Amotorum subrogent alios Idoneos; prius tamen per ipsos Episcopos, & alios Superiores examinatos, & approbatos; Titularibus vero suspensis, deputent alios Idoneos pariter examinatos, & approbatos, vt supra in Coadiutores, seu Vicarios; iuxta decretum Concilij Sessione vigesima-prima capite sexto. Interea vero dum hæc subrogatio, seu depu-

Facultas conceditur Episcopis, vt tãquam Sedis Apostolicæ Delegati, visitare possint Parochiales Ecclesias Hospitales S. Io. Hieronymitani, in his, quæ spectant ad curam Animarum, & Sacramentorum administratione duntaxat.

deputatio fiet, ipsi Episcopi, & alij Superiores, pro necessitate curae Animarum provideant arbitrio suo: quod si Superiores dictorum Rectorum, & Ministrorum intra tempus praefixum non subrogauerint, aut deputauerint vt supra; tunc dicto termino elapso, ipsi Episcopi, & alij Superiores, alios prauo examine, iuxta eiusdem Concilij formam idoneos repertos, in locum Amotorum subrogent. Titularibus vero suspensis, Coadiutores deputent, iuxta dictum Capitulum sextum Sessione vigesima prima; Qui tamen in dictis Parochialibus perinde inferuiant, ac si subrogati, aut deputati ab ipsis Superioribus Religionis, & Militum praedictorum fuissent. Voluntas autem, quod Episcopi, & alij Superiores praedicti, visitationem huiusmodi, & praedicta omnia, solumtaquam Delegati Apostolicae Sedis, & gratis, & absque vllis dictae Religionis, Rectorum, & Ministrorum impensa, & onere reficiant. In collatione item ordinum, necnon consecratione Ecclesiarum, & sacrorum vasorum, ac benedictionibus, & alijs actibus Spiritualitatem concernentibus, ac institutione Praesentatorum ab eisdem Militibus ad Beneficia, aut approbatione, seu confirmatione, quas ab eisdem fieri harum praesentium vigore contingerit, gratis omnia faciant, & diligenter attendant, vt nullos admittant, qui qualitates a Concilio requisitas non habeant, ac prauo examine, iuxta eiusdem Concilij decreta idonei non existant. Nolumus autem Episcopos, & alios Superiores. Locorum supra scripta facultate visitandi vti, qui cum eadem Religione, & Militibus super iurisdictione Episcopali in locis visitandis, coram quibuscunque Iudicibus litigant, nisi ipsi Episcopi, & alij Superiores in quasi possessione antiqua exercitij iurisdictionis huiusmodi existerent; Saluo tunc iure vtrique illaeso in petitorio, sed quod Episcopi, & alij Superiores viciniore ius aliquod in iurisdictione huiusmodi non habentes, nullumq; interesse prorsus praetendentes, facultate praedicta vtantur. Nolumus item per praesentes vllum afferri praedudicium iuri visitandi dictas Parochiales Ecclesias, & alia Beneficia curam Animarum habentia, quod antea Religioni, & Militibus

Episcopi
Religionis
Rectorum
Ministrorum
impensa
onere
reficiant

Visitatio ab Episcopis debet fieri gratis, & absque impensa, & onere Religionis, & Rectorum Ecclesiarum.

Interdicitur visitandi facultas Episcopis his, qui cum Religione litigant super Episcopali iurisdictione.

B R R

pra-

Prohibetur Epi
scopis, ne facul
tate visitandi Ec
clesias Religio
nis Hierosoly
mitanae, alio v
rantur modo,
quam hic pra
scripto.

praedictis competebat. Inhibemusque expresse dictis Epi
scopis, & alijs Superioribus, ne hac facultate visitandi eis
per praesentes concessa, alio vtantur modo, quam praescripto.
Sicque per quoscunque Iudices, & Commissarios quavis
auctoritate fungentes, Sublata eis, & eorum cuilibet quavis
aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & de
finiri debere; Irritum quoque, & inane si secus super his a
quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter con
rigerit attentari, decernimus. Non obstantibus praemissis,
ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, in Pro
vincialibusque, & Synodalibus Concilijs editis generalibus,
vel specialibus; necnon quibusvis Statutis, & consuetudini
bus, Stabilimentis, vsibus, & naturis etiam iuramento, con
firmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis,
Privilegijs quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in con
trarium forsan quomodolibet concessis, & confirmatis, qui
bus omnibus, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum in
fererentur praesentibus pro sufficienter expressis habentes,
illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat ad
effectum praesentium specialiter & expresse derogamus, ca
terisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod
praesentium transumptis manu Notarij publici sub scriptis, &
Sigillo Personae in Dignitate Ecclesiastica constitutae muni
tis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae praesentibus adhi
beretur, si forent exhibitae, vel ostentae. Dat. Romae apud
Sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris, die vigesima se
cunda Septembris, Millesimo Quingentesimo septuagesimo
primo, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Ca. Glorierius.



BRE-

B R E V E
FELICIS RECORD.
PII PAPAE QVINTI.

PER QVOD CONFIRMANTVR, ET INNOVANTVR
quædam Literæ Pij Papæ Quarti ad fauorem Hospitalis S. Ioannis
Hierosolymitani, Declaraturq; , & statuitur quod omnes & singuli,
etiam S.R.E. Cardinales, qui Beneficia, & pensiones dicti Hospita-
lis, etiam ex Sedis Apostolicæ prouisione obtinebant, vel in futu-
rum obtinerent, ad solutionem Iurium communis Aerarij præfati
Hospitalis omnino teneantur.

TRIBVITVRQVE RECEPTORIBVS DICTI HOSPI-
talis omnimoda facultas, vt Prioratum, Baiuliatuum, Præcepto-
riarum, & Beneficiorum huiusmodi redditus, & prouentus, pro
solutione Iurium prædictorum, vsque ad integram satisfa-
ctionem, propria auctoritate, & de facto, exigere, &
percipere; ac interim possessionem illorum,
nomine dicti Hospitalis apprehendere,
& retinere possint.

A SIXTO PAPA. V. *Expeditum, innouatum,
& approbatum.*

SIXTVS PAPA. V. Ad perpetuam rei memoriam.



AQVVM arbitramur, & congruum,
vt ea quæ de Romani Põtificis gra-
tia processerunt, licet eius superue-
niente obitu, Literæ desuper confe-
ctæ non fuerint, suum debitum con-
sequantur effectum. Dudum siqui-
dem se. rec. Pius Papa Quintus Præ-
decessor noster sollicita considera-
tionis indagine perscrutans quantis
periculis, quantisq; bellorum turbinibus tunc agitata fuerat
Insula Meleuitan. menteq; recolens, quàm indefesse, & viri-
liter dilecti Filij Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani Mili-
tes in illa à Christianæ Fidei hostibus defendenda se præsti-
terant.

H

terant. Dignum, quin potius debitum reputauit, vt ea quæ à Romanis Pontificibus illis liberaliter concessa fuerant, non solum confirmationis suæ munimine roborarentur, verum etiam illa, quæ suam vtilitatem, & commodum concernerent, si minus generaliter facta viderentur, ita extenderet, vt propter illa omnis in posterum dubitandi materia tolleretur. Accepto igitur per eundem Prædecessorem, quòd licet alias Stabilimentis, vsibus, & naturis Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani huiusmodi, seu Priuilegijs, Indultis, & Literis Apostolicis eidem Hospitali, & dilectis Filijs illius Magistro, & Conuentui concessis, expresse cautum fuerat, quòd etiam Apostolica auctoritate, etiam per resignationem in manibus pro tempore existentis Romani Pontificis factam prouisi, ac prouisiones, Commendas, seu alias dispositiones etiam Apostolicas de Præceptorijs, seu alijs Beneficijs dicti Hospitalis sibi pro tēpore factas prosequentes, certa Iura vacantia, seu mortuaria, aut alias nuncupata forsan duplicata, cōmuni Hospitalis prædicti Thesauro, seu alias persoluere, ac quædam alia tunc expressa onera subire tenerentur: Quodque de redditibus, & prouentibus huiusmodi Præceptoriarum primo & secundo, ac forsan alijs annis proueniē. disponere, seu illos percipere minime possent, sed illo dicto Thesauro, ac alias in vsū, & vtilitatem Hospitalis; ac illius Militum, seu mensę applicari, & pro illius necessitatibus subleuandis, ac tuitione Fidei aduersus Turcas, Christiani nominis hostes distribui deberent: Ac insuper Prioratus, Baiuliuatus, Castellaniam Empostæ, Præceptorias, & alia illius Beneficia quæcunque pro tempore qualitercunque obtinentes, certas Responsiones, ac ordinarias, & extraordinarias Impositiones eidem communi Thesauro annis singulis soluere tenerentur, ipsisque Prioratibus, Baiuliuatibus, Castellanijs, Præceptorijs, & Beneficijs per obitum, seu resignationem, etiam in manibus prædicti Romani Pontificis, aut alias quomodolibet pro tempore vacanti- bus, illorum fructus, redditus, & prouentus, si per resignationem, iuxta verò nouam reformationem vsque ad Festū

San-

Sanctorum Iacobi, & Philippi, de mense Maij, ex tunc immediate sequentis pro mortuario, & vacantibus ab eodem Festo, vsque ad aliud proximum eiusdem Sancti Ioannis Baptistæ, seu vt præfertur, Sanctorum Iacobi, & Filippi, de dicto Mense respectiue eidem Thesauro cederent. Cum tamen sæpe contingeret nonnullorum Petentium ambitionem, ita se extendere, vt Sedis Apostolicæ liberalitate non contenti, etiam ea quæ in magnum dictæ Religionis præiudicium tendere conspiciebant à Sede prædicta extorquere, Romanumque Pontificem ob eius innumeras occupationes, ad aliquas gratias sibi concedendas impellere non erubescerent, quas si plenè cognouisset, eas profecto illis non concessisset. Attendens itaque dictus Prædecessor quanta, & quam graui discrimina dicta Insula passa fuerat, & quam graues Magister, & Cõuentus prædicti tam in illa defendenda, quàm in Ciuitate noua per eos constructa, munienda, & reparanda subierant expensas, & incommoda, quòd si ipsi, qui pro expensis huiusmodi supportandis certa Iura, quæ super quibuscunque dicti Ordinis Prioratibus, Bauiuariis, Castellanijs, Præceptorijs, & alijs Beneficijs prædictis exigere consueuerant, ab illorum exactiõne desisterent, illorum vires non parum debilitarentur; consideransque, quòd postquam piæ memoriæ Pius Papa Quartus, etiam Prædecessor noster, tunc suus, vnam Sancti Iacobi in Platea Nursiæ Spoletanæ, & alteram Sanctissimæ Trinitatis Tuderti. respectiue dioc. dicti Hospitalis Præceptorias, tunc certo modo vacantes, tunc dilecto Filio Simoni Brombillæ Clerico Bergomen. sub certis modo, & forma cõmendauerat, & seu de illis per suas Literas prouiderat; dictusq; Simon sub earundem, seu aliarum Literarum prætextu, per quas Stabilimentis, vsibus, naturis, Priuilegijs, & Indultis prædictis per eundem Pium Quartum Prædecessorem derogatum esse prætendebat, fructus earundem Præceptoriarum, & Iura illarum ratione dicto communi Thesauro, vt præfertur, debita soluere, & relaxare recusauerat, & recusabat; eundem Pium Quartum Prædecessorem, Motu pro-

prio, non ad Magni Magistri, aut Conuentus, seu Hospitalis Fratrum prædictorum sibi pro eis desuper oblata petitionis instantiam, sed ex suis certa scientia, & Apostolicæ potestatis plenitudine, per suas in simili forma Breuis de super confectas Literas, declarasse, per derogationem huiusmodi aliquod, vel minimum Thesauro huiusmodi præiudicium afferri noluisse, & alia fecisse, prout in ipsius Pij Quarti Prædecessoris Literis plenius cõtinetur. Idem Pius Quintus Prædecessor, tam Pij Quarti Prædecessoris huiusmodi vestigijs inhærens, quàm præmissis de causis motus, omnia & singula in eiusdem Pij Quarti Prædecessoris Literis contenta approbans, & confirmans, illisque perpetuæ, & inuolabilis firmitatis robur adijciens, Omnesque, & singulos tam iuris, quàm facti defectus, si qui forsan interuenissent in eisdem supplens; necnon quarumcunque litium etiam inter Venerabiles Fratres nostros, tunc suos Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & Religionem prædictam pendentium status, & merita, & in qua pendebant instantia pro expressis haberi volens, Motu & scientia similibus, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine sub Dat. videlicet Duodecimo Kal. Aprilis Pontificatus sui Anno Secundo decreuit, & declarauit omnes, & singulos Prioratus, Baiuliuatus, Castellanas, Præceptorias, & alia Beneficia huiusmodi, seu illorum Membra, & ab illis dependentia obtinentes, & ab illis regressus, accessus, coadiutorias, & alias gratias, tam à Sede Apostolica; quam quauis auctoritate concessas habentes; Necnon illorum fructus, & prouentus, aut alia iura loco pensionis annuæ, seu pensiones ipsas super eorundem fructibus, redditibus, & prouentibus quauis de causa impostas, & imponendas percipientes, pro rata fructuum, & pensionem eorundem, de omnibus, & singulis Annatis vacan. mortuarijs, & alijs quibuscunque Iuribus per eos dicto communi Thesauro quomodolibet debitis satisfacere, nec quascūque Literas Statutorum Stabilimentorū, vsuum ac Priuilegiorum, Indultorum, etiam quod Præceptoriarū fructus, redditus, & prouentus, & aliorum dicti Hospitalis Bene-

Pensiones obtinentes etiam Apostolica auctoritate super Beneficijs dicti Ordinis tenentur concurrere ad solutionem onerum communis gratij pro rata.

Beneficiorum pro primo & secundo annis. Vel alias communi Thesauro dicti Hospitalis pro mortuarijs, seu alijs causis applicati essent, & esse censerentur, seu applicari deberent: Dictique Hospitalis Præceptores, seu Receptores, aut alij pro eis Agentes, illos propria auctoritate exigere, & percipere, ac interim possessionem Præceptoriarum, & Beneficiorum prædictorum nomine dicti Hospitalis apprehendere, & retinere, ac huiusmodi fructus de facto exigere, & alias de illis certis modo, & forma tunc expressis disponere possent, disponendi, vel alijs illorum totali insertione, vel cum Decreto, quod pensiones ipsæ à quocunque onere mortuario, & passagio, vel alijs quomodolibet nuncupato quavis etiam Apostolica, seu Magni Magistri dicti Hospitalis pro tempore existētis auctoritate exempti essent, vel Titulares Beneficiorum, ratam partem ipsos Pensionarios tangentem, pro solutione pensionis huiusmodi sibi retinere valerent, & ad solutionem pensionis huiusmodi minime tenerentur, ac alias huiusmodi Titulares renuntiassent, onusque illam soluendi in se suscepissent, in quibuscunque gratijs Commendis, prouisionibus, regressibus, accessibus, ingressibus, coadiutorijs; cæterisque dispositionibus de Prioratibus, Baiuliatibus, Castellanijs, Præceptorijs, & alijs Beneficijs huiusmodi quouis modo, etiam apud eandem Sedem vacantibus; Necnon fructuum, & pensionum huiusmodi reservationibus per eum, etiam Motu simili, & quorumuis etiam Imperatoris, vel Regum intuitu, ac etiam quibusuis eatenus factis, & in posterum faciendis quibusuis Personis cuiuscunque Dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, nobilitatis, & præminentia existētib; etiam forsan Cardinalatus honore, & officio fungentibus, per eum quomodolibet eatenus concessis, & in posterum concedendis, derogatorias, ac desuper confectas, & pro tempore conficiendas Literas Apostolicas, etiam quascunque generales, vel speciales etiam derogatoriarum derogatorias, & efficaciores, & insolitas clausulas, necnō irritantia Decreta, sub quacunque verborum expressione in se continentia, Personas, quibus

Receptores, & Procuratores communis Aerarij propria auctoritate possunt apprehendere, & retinere Possessionē Præceptoriarū & Beneficiorū Debitorum dicti Aerarij.

Etiam S. R. E. Cardinales obtinentes Beneficia dicti Ordinis, seu pensiones, tenentur ad solutionem onerum communi Aerarij.

quibus Prioratus, Baiuliuatus, Castellania, Præceptorat, seu ab illis depēdētia Beneficia prædicta, aut illorū Mébra collata, seu ad vitā cōmendata fuerant, seu fructus, redditus, & prouentus, aut pensiones annuæ reseruata, & assignata fuerant, aut in quorū fauorem de illis dispositum extiterat, vel illæ cōmendarentur, seu confererentur, aut fructus, vel pensiones reseruarentur, & assignarētur, vel aliàs disponeretur, à solutione, & præstatione fructuū, censuum, passagiorum, annatarū, vacantiū, & mortuariorū, aut aliorū quorumcunq; Iurium, seu Responsonum, aut ordinariarū, vel extraordinariarū Impositionū, vigore dictorum Stabilimentorū, & Priuilegiorū debitorū in toto, vel in parte eximere, vel liberare, aut aliàs cōmuni Thesauro Hospitalis huiusmodi, seu illius Iuribus in aliquo præiudicasse, nec per illas præiudicatū, seu præiudiciū aliquod generatū fuisse, vel esse, vel in posterum fore; Sed derogatorias ipsas, ad effectū validitatis collationū Cōmendarum, & aliarū dispositionum huiusmodi duntaxat processisse, & suffragari debuisse; illasq; in quantum cōmuni Thesauro, & illius Iuribus in aliquo præiudicassent, aut præiudicarēt, à se, & Sede Apostolica per occupationē, & circumuentionē præter, & contra voluntatē suam extortas, ac nullius roboris vel momenti fuisse, & esse, & in posterū fore; Illisq; nō obstantibus, omnes, & singulas huiusmodi derogationes, tunc, & pro tēpore habentes, & prosequentes, etiā si à iurisdictione Magni Magistri, & Cōuentus prædictorū, & aliorū quorumcunq; Iudicum, Apostolica auctoritate prædicta exempti, ac ei, & Apostolicæ Sedi immediate subiecti essent, ad exhibitionē, & relaxationē fructuum, ac pensionū huiusmodi, vt præfertur, eidem cōmuni Thesauro faciendam teneri, & astrictos fore in omnibus, & per omnia, perinde ac si prouisiones Cōmendarū, & regressus, accessus, coadiutoria, & aliæ dispositiones, necnon fructuū, & pensionū reseruaciones non à Sede Apostolica, sed à Magistro, & Cōuentu prædictis emanassent; & ad id etiā per cēsuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliq; opportuna iuris & facti remedia cogi, & cōpelli posse; Literasq; tunc desuper conficiendas, & in eis

con-

Claufulę derogatorię cēsentur appositę ad validationem, gratię: non autem in præiudiciū cōmunis Erarij.

cōtenta quacūque nullo in quā tēpore de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis suæ defectu notari, vel impugnari; minue sub quibusuis reuocationibus, suspensionibus, & limitationibus similiū, vel dissimiliū gratiarum cōprehendi vllatenus posse; sed quoties illa emanarent, toties in pristinū, & validissimū, ac eum in quo antequā illa emanaret statum restitutas, & plenarie reintegratas, ac de nouo etiā sub quacūq; Datā per Magistrū, & Cōuentū beneuifas toties, quoties opus esset, concessas esse censerentur. Sicque in præmissis omnibus & singulis per quoscunque Iudices, & Cōmissarios; etiā Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, ac causas Sacri Palātij Apostolici Auditores, Sublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicādi, definiendi, & interpretandi facultate, iudicari, definiri, & interpretari debere, & quicquid secus super his à quoquā quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari cōtingeret, irritum & inane decreuit. Et nihilominus pro potiori cautela, supradictas, & alias derogatorias clausulas, in quibuscunq; Literis appostas, in quantū cōmuni Thefauro huiusmodi, quo ad præmissā præiudicare videbatur, reuocauit, cassauit, irritauit, & annullauit, ac toties, quoties cōcessa essent, quo ad Iura vacātia, & mortuaria, ratione gratiarū per eum, & quoscunq; Romanos Pōtiffes Prædecessores nostros, tunc suos cōcessa, quo ad ea, que suū tempus, nondum effluerant tantū, toties pro nullis, & infectis haberi, nullamque prorsus in iudicio, vel extra, fidem facere, vel effectum sortiri debere: & Constitutionem suam de non tollendo iure quæsito aduersus tunc conficiendas Literas prædictas, locum sibi vindicare non posse, ac illis minime suffragari voluit. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac ipsorum Prioratum, etiam iuramento, Confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, Priuilegijs quoq;, Indultis, & Literis Apostolicis sub quibuscūq; tenoribus, & formis, ac cū quibusuis clausulis, & Decretis in contrariū forsān quomodolibet cōcessis. Quibus omnibus, et si de illis specialis, specifica, & expressa

Quod presentes Literæ censeantur cōcessas sub quacunq; Datā per Magistrum, & Cōuentū beneuifas.

Alex. Bergius

mentio

mētio habenda foret, illis alias in suo robore p̄māsuris, ea vice dūtaxat specialiter, & exp̄sse derogauit; ceterisq; cōtrarijs q̄buscunq;. Ne aut̄ de Decreto, declaratione, reuocatione, cassatione, irritatione, annullatione, volūtate, & derogatione dicti Pij Prædecessoris, p̄ eo, quod sup̄ illis, ipsius Prædecessoris eius superueniente obitu, Literę cōfectæ nō fuerūt, valeat quomodolibet hæsitari; ac Magnus Magister, Conuētus, & Fratres, seu Milites Hospitalis p̄dicti, illarū frustrētur effectu; Volumus, & Apost. auctoritate decernimus, quod Decretū, declaratio, reuocatio, cassatio, irritatio, annullatio, volūtas, & derogatio dicti Pij V. Prædecess. à dicta Die xij. Kl. Aprilis suū fortiantur effectu, perinde ac si super illis, ipsius Prædecessoris Literæ sub eiusdē diei Data cōfectæ fuissent, prout superius enarratur. Quodq; p̄sentes Literę, ad probādū plene decretū, declarationē, reuocationē, cassationē, irritationē, annullationē, & derogationē dicti Pij V. Prædecessoris vbiq; sufficiāt, nec ad id probationis alterius adminiculū requiratur. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepisc. Toletan. & Episcopo Parisiensi, siue eorū Officialibus, ac dilecto Filio Curiā caularū Cam. Apost. Generali Auditori, per p̄sentes cōmittimus, & mādamus, quatenus ipsi vel duo, aut vnus eorū per se, vel aliū, seu alios p̄sentes Literas, & in eis cōtenta quæcūq; valere decernētes, ac pro tēpore existēti Magno Magistro, Cōuentui, & Fratribus p̄dictis, in p̄missis efficacis defensionis p̄sidio assistētes, faciāt auctoritate nostra, p̄missa omnia, ab omnibus, quos illa concernūt, integre, & inuiolabiliter obseruari, illosq; eis pacifice, & quiete, vti, frui, & gaudere. Nō permittētes eos, aut eorū aliquē, cōtra earundē p̄sentiū tenorē, quomodolibet indebite molestari. Cōtradictores quoslibet, & Rebelles per sentētiās, cēsuras, & p̄enas Ecclesiasticas, aliaq; opportuna iuris remedia, appellationē postposita cōpescēdo, inuocato etiā ad hoc si opus fuerit brāchij Secularis auxilio. Nō obstātibus omnibus supradictis. Datū Romæ apud Sanctū Petrū, sub anulo Piscatoris, Die prima Maij. M. D. L. X. X. V. Pontificatus nostri Anno primo.

Alex. Peregrinus.

S. D. N. GREGORII

P. A. P. A. E. X. I. I. I.

PER QVAS CONFIRMANTVR PRIVILEGIA

Religionis Sancti Ioannis Hierosolymitani; præcipiturq; Clericis Secularibus eiusdem Hospitalis Beneficia possidentibus, vt infra sex menses à die, quo eis indictum fuerit, Habitum suscipere teneantur; Alioquin Beneficijs huiusmodi, ipso iure priuati censentur: Ipsiq; à Seminarij Clericorum in qualibet Ciuitate erecti, seu erigendi, ac Decimarum, Subsidijs, & aliorum onerum contributione totaliter eximuntur.

GREGORIUS PP. XIII. *Ad Perpetuam rei memoriam.*

Vt magis, ac firmitus Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani Ordini sanctæ Sedi Apostolicæ, & nobis acceptissimo, ac de Christiano nomine, Fideiq; Catholicæ defensione optime merito, illiusque Magno Magistro, Præceptoribus, & Cõmendatorijs hastenus per Sedem Apostolicam cõcessa priuilegia præseruetur, Paterno, quo eundem Ordinem cõplectimur affectu, equũ est prouiderè. Dudũ siquidè fel: record: Pius Papa III. Prædecessor noster, dũ fauore eiusdẽ Hospitalis, & Religionis, Priuilegia eidẽ antea concessa confirmauit, atq; approbauit, vel etiam ampliavit, animaduertens piæ memoriæ Clementem Papam Septimũ etiam Prædecessorẽ nostrum statuisse, qd oēs, & singuli Baiuluarum, Prioratum, Præceptoriarũ, Domorũ, & Beneficiorũ, in vim collationũ eis factarũ Possessores Sæculares, aut alterius Ordinis Regulares, seu pensiones super illorum fructibus, redditibus, & prouentibus

bi

I

hu-

huiusmodi, eatenus, etiã per Sedem eandẽ reseruatas, percipientes, illas, & illa infra sex menses à die intimacionis dictarũ Literarum in manibus Magistri, & Cõuentus prædictorũ, iuxta formã Stabilimentorum dictæ Religionis dimittere, & trãsserre, seu illarũ cassationi, cõsentire tenerentur; Alioquin Beneficia, & pẽsiones huiusmodi, nisi illa Possidẽtes, & illas percipientes infra dictũ tempus Habitum susciperent, & professionem regularẽ ipsius Religionis emitterent, lapsis mensibus ipsis vacarent, ac cassæ, & extinctæ essent, & esse censerentur eo ipso. Ac deinde recolendæ memoriæ Paulũ Papã Tertium etiã Prædecessorem nostrum, vt Magister, & singuli Priores, Baiuliu, Præceptores, Milites, & Fratres Hospitalis huiusmodi, pro eorũ libito Parochiales, ac etiã sine cura Ecclesias, vel earũ Vicarias, seu Capellanas perpetuas, aut Capellas, vel Altaria, seu alia Beneficia simplicia ad eorũ collationẽ, præsentationem, electionẽ, seu quãuis aliam dispositionem, ratione Prioratũ, Baiuliatuum, Præceptoriarũ, etiam Camerarum Magistraliũ nuncupatarum, Hospitaliũ, Domorum, & aliorũ Beneficiorum dicti Hospitalis, per eos pro tempore obtentorũ, de iure, statuto, cõsuetudine, fundatione, aut priuilegio, vel aliàs quomodolibet spectantia, & pertinentia, ab ipsis Baiuliujs, Præceptorijs, Domibus, Hospitalibus, & alijs Beneficijs dependen. seu illis annexa, quæ dudũ forsan Fratibus saltẽ Capellanis eiusdẽ Hospitalis, & ab eisdẽ Magistro, Prioribus, Baiuliujs, ac Præceptoribus, & alijs prædictis conferebantur, à longo tamen, & forsan longissimo tempore citra, de cuius initio memoria hominũ forsan non existebat, per ipsos Magistrum, Priores, Baiuliuos, Præceptores, Milites, & Fratres per abusum, aut ex defectu huiusmodi Capellanorũ, vel aliarũ Personarum eiusdem Hospitalis ad id idonearum, Clericis, seu Presbyteris Secularibus collata, aut cõferri, & p ipsos Presbyteros, vel Clericos Seculares obtineri solita, etiã Fratibus huiusmodi, præsertim Capellanis nũcupatis, qui, vt asseritur, à Presbyteris, seu Clericis, nisi quo ad gestationẽ Crucis, vel Habitus dicti Hospitalis ad pectus nõ differebant, immo priuilegijs Clericorũ Seculariũ, iuxta forsan eorũ Priuilegia, & consuetudines gaudere solebant, si ad

Quod Pensiones aut Beneficia obtinentes teneantur ad Habitũ suspensionem infra sex menses, alioquin Pensiones, & Beneficia ipsa vacare censeantur.

Quod Capellani dicti ordinis nõ differunt à clericis secularibus nisi quo ad gestationẽ crucis, vel habitus ad pectus.

id

id alias idonei, & habiles reperirentur, conferre, ac alias de illis providere, & disponere, ipsiq; Fratres, quib⁹ Beneficia huiusmodi conferri contingeret, illa, si sibi alias canonicè conferrentur, aut ipsi eligerentur, præsentarètur, vel alias assumerentur ad illa, & instituerentur in eis, recipere, & in titulū, & quoad viuerent, retinere respectiue liberè, & licite valerent, Statuta, & Ordinationes extendisse, & apliuisse, eisq; desup indulgisse; Idè Pius Quarrus concessiones, & Priuilegia dictorū Prædecessorū confirmans, ipsos Magistrū, & Conuentum, necnon Priorem ecclesie, aliosque Priores, & Præceptores intra limites suarū Iurisdictionū, & Administrationū, veros Ordinarios iuxta formā suorū Stabilimentorū, & Priuilegiorū existere, & esse censei decreuit, ac Beneficia Ecclesiastica ad præsentationē, seu collationē Baiuliuorū, Priorū, & Præceptorū Hospitalis huiusmodi suffragari debere, ita q̄ Presbyteri Seculares illa tunc tēporis in Cōmēdam, seu alias quomodo libet obtinen. Cōmendā huiusmodi cedere, aut illa alias dimittere non possent, nisi de consensu eorū, ad quos præsentatio, seu collatio spectaret, & in fauorē dicti Hospitalis, seu Personarū, quæ Habitum per Fratres Capellanos eiusdē Hospitalis deferri solitū susciperent, & professionē per eos emitte solitā emitterent; nec illa deinceps ipsi, nisi infra sex menses à die intimationis, habitū ipsius Religionis suscepissent, & regularem professionem infra alios sex menses emisissent, possidere possent, & si secus fieret, aut cessionē, seu resignationē huiusmodi, aut de dicti Ordinis Beneficijs, & in manibus suis in futurū fieri contingeret, huiusmodi cessiones, resignationes, & prouisiones nullius essent roboris, vel momēti, nisi in illis expresse diceretur: Et de consensu Magni Magistri, & de illis iuxta formā Priuilegiorū dictæ Religionis provideretur. Inter Statuta etiā eiusdē Religionis per similis memorię Paulū Papā Tertium similiter Prædecessorē nostrum approbata, & confirmata, ita cautū reperitur: Priores in suis Cameris Prioralibus, Baiulius, & Cōmendararij in suis Cōmendis, habent prouisionē, vel præsentationē Beneficiorū Ecclesiasticorū cum cura Animarū, vel sine, à suis Cōmendis dependen. nisi id Priuilegio, vel consuetudinē, ad alios pertineat.

Quod Priores, & Præceptores intra limites suarum iurisdictionum, & administrationū sunt veri Ordinarij.

Quod Presbyteri seculares Beneficia dicti Ordinis obtinentes non possint ea resignare, vel dimittere, præterquam de consensu Præceptorū ad quos præsentatio, seu collatio eorūdem spectat in fauorem dicti Hospitalis, seu Personarum eiusdem Ordinis.

Item Frater Clāudius de la Sengle Magister statuit, vt omnia Beneficia Ecclesiastica eiusdē Ordinis, quorū collatio, aut præsentatio ad dictū Ordinem pertinet, nullis cōferretur, aut nulli ad ea præsentarentur, nisi essent Fratres ipsum Ordine expressè professe, & alias prout in eiusdē Pij Quarti Prædecessoris præfati Literis, ac Statutis, & Stabilimentis, vel Priuilegijs dicti Hospitalis plenius cōtinetur. Quæ omnia cū dispositione iuris cōmunis maximè congruunt, tum auctoritati Sacrosancti Concilij Tridentini nituntur. Verum cum sicut accepim⁹, Clerici Seculares Possessores cū cura, & sine cura Beneficiorum eorundem ad collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quāuis aliā dispositionem Priorum, Baiuliuorum, Cōmendatariorum, & Possessorum aliorum dictæ Religionis bonorum, iute eorundē Prioratū, Baiuliatuum, Cōmendarum, & aliorum bonorum eiusdē Religionis Habitum suscipere, & professionem regularem, prout in eadē Religione cōsueuit, emittere negligant, ac recusent, in Statutorum eiusdē Religionis cōtemptum, ac iuris cōmunis dispositioni, & Concilij præfati decretis, Priuilegijsq; ab hac sancta Sede Apostolica, vt præmittitur, concessis, contraueniendo, Ac prætendant eiusdē Pij Quarti Prædecessoris nostri mentis, & intentionis nō fuisse, ad Habitum susceptionem, & professionis emissionem eos teneri, qui post ab eodem Prædecessore obtentā priuilegiorum confirmationem, & ampliationem de eisdem siue similibus Beneficijs cōcessionem fieri quomodo cūque obtinuerunt, cum de illis, qui tunc temporis in Cōmendam, seu aliās obtinerent, eundem Pium Quartum Prædecessorem sub isto verbo (ad præsens) statuisse duntaxat prætendatur, allegantes q̄ Cōmendæ, prouisiones, siue aliās quomodocunque concessiones, de similibus Beneficijs eiusdē factæ post datā eiusdē Pij Quarti Prædecessoris Literarū, siue mentio fiat, siue reticeatur, Beneficia esse dictæ Religionis, sunt loco absolutionis, ac derogationis tacitæ Statutorum, & Priuilegiorum eiusdē Ordinis, ita vt ad suscipiendum illius Habitum, ac professionē emittendam, minime teneantur, cum susceptio Habitum, & professio ab eis emittenda ex ipsarum Literarum serie, eis expressè

iniun-

iniuncta fuisse non appareant, ex quibus eidem Ordini, illiusque Magistro, Prioribus, Baiulivis, & Commendatariis, maxima in dies exoriuntur incommoda, atque perturbationes; præsertim dum eorundem Beneficiorum status ponitur in incerto. Quare Nos, vt par est, ex debito Pastoralis officij, omnium Christifidelium, præsertim vero eiusdem Ordinis præfatarum Regularium Personarum, pro Iesu Christi nomine, ac Catholicæ Fidei tuitione ad interitum vsque iugiter laborantium commodis, & indemnitati, quantum in nobis est, prospicere cupientes, simulque de cõmuni eiusdem Ordinis, ac Religionis bono vehementer solliciti, ne quid ei indebite detrahatur, Sacrorum Canonum, ac decretõrum dicti Concilij, eorundemq; Statutorum, & Priuilegiorum auctoritati, & tenoribus inientes, eademq; Priuilegia, Statuta, & Ordinationes, ac dictorum Prædecessorũ nostrorum Literarum tenores præsentibus pro expressis habentes, illaq; omnia approbantes, & confirmantes, præsentisq; Nostri Scripti patrocinio communientes, ac rata, & grata habentes; ac quatenus opus sit, innouantes, & de nouo concedentes: Motu proprio, & ex certa nostra scientia, auctoritate præsentium declaramus, nunquam intentionis Prædecessorum nostrorum, vel nostræ fuisse, in prouisionibus, siue Commendis, aut quibusuis alijs concessionibus Beneficiorum Ordinis, & Religionis huiusmodi, siue illa curata, siue sine cura sint, per eosdem Prædecessores nostros, vel per Nos, & eandem Sedem, forsan etiam cum simplici derogatione Priuilegiorum, & Stabilimentorum Religionis prædictæ, non tamen speciali, de non suscipiendo Habitum, & non emittendo professionem mentione, seu per Magistrũ, Conuentum, Priores, Baiuliuos, ac Commendatarios, vel alios, quibuscunq; Personis cuiuscunq; status, & Dignitatis factis, & concessis, tacite illos absoluendi, quominus iuxta eiusdem Ordinis Statuta, & Priuilegia, infra tempus præfixum, Habitum suscipere, & professionem per Fratres eiusdem Ordinis emitti solitam, emittere debeant regularem, etiam si hoc explicite in eorundem Prædecessorum, aut nostris Literis adiectum, vel iniunctum his, ad quorum fauorem

Confirmantur,
innouantur, &
de nouo conce-
duntur Priuile-
gia Hospitalis
Sancti Ioannis
Hierosolimita-
ni.

rem

rem huiusmodi Beneficia concessa extiterint, nequaquam fuerit; Ac quo nostra hæc intentio, singulis apertius innotescat, statuimus, vt omnes, & singuli, qui vel per Sedem præfatam, vel per Nos, aut Romanos Pontifices Prædecessores nostros, etiam cum simplici derogatione Priuilegiorum, seu per Priores, Baiuliuos, & Commendatarios, fuerunt de Beneficijs huiusmodi prouisi, siue hi, quibus eadem commendata, aut quomodolibet concessa extiterunt, etiam si super his in Curia, vel extra, aliqua lis pendeat, ac de eisdem in posterum perpetuis futuris temporibus prouidebuntur, aut de mum, quibus eadem commendabuntur, vel concedentur, etiam per Sedem Apostolicam, si post sex menses à die, quo id eis legitime indictum, atq; denunciatum fuerit, illico numerandos, professionem non emisierint, & Habitum non susceperint Ordinis prædicti, absque alia desuper faciendâ declaratione, & citatione, omni, & quocunque iure, in dictis Beneficijs, vel ad illa competente careant eo ipso; Ipsiq; tanquã illiciti Detentores, & Occupatores, & Intrusi, ab eisdem amoueantur; deq; illis tanquam de iure, atq; de facto vacantibus, per Magistrum, ac Conuentum, Priores, Baiuliuos, & Commendatarios, & alios ad quos spectat, libere prouidere, ac de illis iuxta Magistri, & Religionis præfatæ Stabilimenta, & Consuetudines exequi posse, eorundemq; Possessores ab eorundem Beneficiorum possessione, vel potius detentione, & occupatione, amouendos esse, prout Nos in dictum casum, & euentum, amouemus; Ac Regulis de annuali, & triennali Possessore, & alijs Priuilegijs, remedijsq; quibuscunque, etiam in corpore iuris clausis, quibus diutini Beneficiorum Possessores vtuntur, potiuntur, & gaudent, vti, potiri, & gaudere non posse, quauis etiam longissimi temporis præscriptione minime obstante: verum eosdem pro amotis, & expulsis habendos esse, & censerî, amotisq; & expulsis, actionem spolij, nec vnde vi, vel aliud quoduis remedium possessorium, siue petitorium competere, seu desuper propterea agere non valere: Et quo facilius, si qui ad præsens reperiuntur quolibet prouisi de Beneficijs à Prioratibus, Baiuliuatibus, & Cómendis huiusmodi dependentibus, seu

ad

Quod prouisi
de Beneficijs di
cti Ordinis per
Sedem Aposto
licam teneatur
sumere Habitum
infra sex menses
à die intimatio
nis, alioquin ip
so iure priuati
censeantur.

Commendatarios
Priores
Baiuliuos
Magistrum
Conuentum
alios ad quos
spectat

ad illorum collationē, prouisionem, præsentationē, seu quāuis aliā dispositionem spectantibus, etiā Habitum dictæ Religionis nō susceperunt, ad Habitum ipsius susceptionē, & professionis emissionē inducantur, eisdem Prioribus, Baiuliis, & Cōmendatarijs licentiā, & facultatē concedimus, ipsis cōdonandi, & relaxandi eorū Spolia, quæ ad dictos Priores, Baiulios, & Cōmendatarios spectant, ita ut de illis disponere possint, tã in uita, quã in mortis articulo; Condonationēq; ac relaxationē huiusmodi, eiusdem roboris, ac momenti esse, ac si ab eadē Sede emanassent. Necnon fel. record. Pij Papæ V. etiam Prædecessoris nostri Literis inhærentes, illasq; approbantes, & confirmantes, oēs, & singulas Personas in dicti Ordinis Beneficijs quodolibet existētes, à Seminarij Clericorum in qualibet Ciuitate, iuxta dicti Cōcilij decreta erecti, seu erigendi, ac Decimarū, Subsidiij, & aliorum onerū cōtributione, tōtaliter eximimus, & liberamus; ac liberos, & exēptos esse uolumus: Sicq; in præmissis oībus, & singulis per quoscūq; Iudices ordinarios, & delegatos, etiā causarum Palatij Apostolici Auditores, ac dicti Ordinis apud Nos, dictaq; Sedem Protectores, & alios S. R. E. Cardinales, Sublata eis, & eorū cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubiq; iudicari, & definiri debere: Irritū quoq; & inane si secus super his à quoquā quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Quocirca dilectis Filijs in Regnis Hispaniarū, & Neapolitani nostris, & Sedis Apostolicæ pro tpe existentibus Nuntijs, aut Curiæ Causarū Cameræ Apostolicæ generali Auditori, & quibuscūq; Conseruatoribus per eosdem Magistrum, Baiulios, Priores, & Cōmendatarios, iuxta formam Priuilegiorū Ordinis prædicti, in Dignitate Ecclesiastica cōstitutis electis, & eligēdis, per præsentēs, Motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorū per se, vel aliū, seu alios, præsentēs Literas, & in eis cōtenta quæcūq; ubi, & quādo opus fuerit, ac quoties pro parte Magistri, & Conuentus, siue Priorū, Baiuliorum, Præceptorum, & Cōmendatariorū præfatorū, & aliarū Personarum, & Possessorū præfatorū fuerint requisiti, solēniter publicātes, illisq; in præmissis effica-

Facultas conceditur Commendatarijs relaxandi Spolia Cappellanis ad effectum hoc in loco expressum.

cis

cis defensionis presidio assistentes, faciāt auctoritate nostrā,
 eos præmissis oībus, & singulis, iuxta præsentium continentiam,
 & tenorē, pacifice frui, & gaudere, nō p̄mittētes eos desuper
 à quoquam quodolibet indebite molestari. Contradictōres
 quoslibet, ac Rebelles, & p̄missis nō parētes, per opportuna
 iuris, & facti remedia, ac demū per Inīas, censuras, & p̄nas
 Ecclesiasticas, appellatione postposita, cōpescēdo, inuocato
 etiā ad hoc, si opus fuerit, auxilio Brachij Secularis. Non ob-
 stān. Cōmendis, & prouisionibus, alijsq; dispositionibus, vel
 concessionibus, quibuscūq; verborū formulis illa cōcessa fue-
 rint; ac fel. record. Bonifacij Papæ vii I. Prædecessoris no-
 stri de vna, & Cōcilij generalis de duabus Dietis, dūmodo nō
 ultra tres aliquis auctoritate præsentium, ad iudiciū trahatur,
 alijsq; Cōstitutionibus, & Ordinationibus Apost. contrarijs
 quibuscunq; : aut si aliquibus cōiter, vel diuifim ab Apostoli-
 ca sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excōicari
 nō possint, per Literas Apost. non facientes plenā, & expres-
 sam, ac de verbo ad verbū de Indulto huiusmodi mentionē.
 Decernētes p̄ntibus, & in eis contentis oībus per quasuis Li-
 terarū concessiones, prouisiones, & alias quaslibet disposi-
 tiones, aliter q̄ vt præmittitur per Nos, vel eādē Sedē factas,
 vel fortē quodolibet faciendas, aut concedendas, etiā Motu
 proprio, & ex certa sciētia, derogari nō posse, nec derogatum
 cēseri, cuiuscunq; tenoris, & formæ emanauerint, & cum qui-
 buscunq; decretis, & clausulis, etiā derogatoriarum deroga-
 torijs, fortioribus, & insolitis, etiā si causas quasunq; legiti-
 mas, & fauorabiles cōtinerēt : Quinimo p̄ p̄ntes illis oīb⁹ ex-
 presse derogamus, earum tenores p̄ sufficiēter expressis ha-
 bentes, p̄ntibus semper in suo robore permāsuris, nisi harum
 tenor, de verbo ad verbum, in illis esset insertus, & Magistri,
 & Conuentus consensus accederet. Volumus autē quod
 p̄ntium transumptis, manu alicuius Notarij publici subscrip-
 tis, & sigillo alicuius Personæ ñ Dignitate Ecclesiastica cōsti-
 tutæ munitis, eadē prorsus fides adhibeatur, quæ p̄ntibus ad-
 hiberetur, si forēt exhibitæ, vel ostēse. Dat. Romæ apud S. Pe-
 trum, sub Anulo Piscatoris, die xxiiij. Martij M D LXXX.
 Pontificatus Nostri Anno Octauo. Ca. Glorierius.

GREGORII PAPAE XIII

RE DV CTIO

Quarundam Literarum Pij V, pro Militibus Sancti

Ioannis Hierosolymitani, ad terminos Decre-

torum Concilij Tridentini.

GREG. PP. XIII. Ad perpetuam rei memoriam.



Incircumspecta in oibus actibus suis Rom. Pō-
tifi. prouidentia, interdū ea, quæ certis etiā
rationabilibus tunc suadētibus causis à Se-
de Apostolica emanata repēriuntur, alia su-
perueniente ratione, qua præfertim Popu-
lorum offensionī occurritur, & Ep̄orum iu-
risdictioni rite cōsūlitur, reducere, ac suā declarationē inter-
ponere consuevit, & alias desuper disponit, prout temporū,
rerum, & Personarum qualitate pensatas, perspicit in Dño. sã-
lubriter expedire. Cum itaq; cōpertum sit quā plurimos Cle-
ricos Seculares, necnō Laicos, Gratijs, & Priuilegijs, quibus
Sedes Apostolica Dilectos Filios Magistrū, Gōuentū, & Mi-
lites Hospitalis S. Ioānis Hierosol. de Republica Christiana
optime semper meritos, ac eorū Ecclesias, & loca liberaliter
prosequuta est, abutentes, vnde sibi religiosus viuēdi, legē
imponere deberent, inde laxioris vitæ occasionem arripere,
dum varios, sæpe etiā vanos exēptionis, libertatisq; titulos
prætendant: Alij quidē quod pro Vicarijs, Cappellanis, Mini-
stris, & Inferuentibus Ecclesijs, diōt. Hospitalis quōdolibet
ascripti sint: Alij verd quod Coloni, Procuratores, & Fami-
liares ipsorū Militū existāt, quāuis in proprijs Domibus licē-
ter degant, nihilominus ex prædictorū Militū Priuilegijs, il-
lorūq; confirmatione etiā post Concil. Trid. à sel. re. Pio Pa-
pa Vi. Prædecessore nostro obtenta, prætendant se ab omni
iurisdictione Ordinariorū exēptos esse, nec ab illis inquiri,
visitari, puniri, aut corrigi posse, eorūq; ipso delictorum suorū

iniquū

K

sibi

sibi impunitate promissa, grauem in populo offensionē præbere, & in Ep̄orum iurisdictione perturbationem in dies maiorē excitare dignoscantur. Idcirco nos huic malo, quod à prædicto Cōcilio multo ante præuisum fuerat, salubriter providere volentes, Motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblata petitionis instantiā, sed ex mera nostra voluntate, ac deliberatione, & certa scientia, deq; Apostolicæ potestatis plenitudine, oīa & singula Priuilegia, exēptiones, gratias, & indulta Magistro, Cōuēui, Militibus, & Militiæ dicti Hospitalis per quoscūq; Rom. Pōtif. Prædecessores nostros, & Sedem prædictā in genere, vel in specie quodolibet concessa, & cōfirmata, necnō dicti Pij V. Literas super eorundē confirmatione emanatas, sub Dat. Romæ apud S. Petrū sub anulo Piscatoris, die xxix. Nouēb. M D LXVIII. Pontificatus sui Anno Tertio, ad prædicti Cōcilij Decretorum terminos, tenore præsentium reducimus, ac reducta esse, nihilq; ex ipsis Priuilegijs, exēptionibus, gratijs, & indultis Ordinarijs locorū detractum esse, quominus ipsorum Militū Vicarij, Capellani, Ministri, Seruientes, Ascripti Coioni, Procuratores, & Familiares Militū huiusmodi, quibus ea iā cōcessa sunt, & in posterū concedi contigerit, ab ipsis Ordinarijs, tanq; Apost. Sedis Delegatis, de eorū excessibus, criminibus, & delictis, etiā extra visitationem, qñ, & quoties opus fuerit, inquiri, visitari, puniri, & corrigi possint, ipsorūq; Ordinariorū iurisdictioni plene in prædictis subiecti existant (exceptis tñ ijs, q; Ecclesijs, alijsq; locis dictorum Militū actu seruiunt, & intra eorum septa, & domos resident, ac sub eorum obedientia viuunt, quæ oīa debere simul concurrere intelligantur, siue ijs, qui legitime & secundum Regulā prædictæ Religionis professionem fecerint, de qua loci Ordinario cōstare debeat. Et ita in præmissis oībus, & singulis per quoscūq; Iudices Ordinarios, & delegatos, quauis auctoritate fungentes, etiā causarū Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, Sublata eis, & eorū cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, in quauis causa, & instātia iudicari, & definiti debere; pñtesq; Literas de subreptionis, vel obreptionis vitio, seu intentionis nostræ defectu notari, vel impugnari

Actu seruiētes ecclesijs, & alijs locis dictæ Religionis, viuētes intra septa, & sub obedientia Magistri, vel Præceptorum sunt exempti à iurisdictione Ep̄orū, Necnō qui habitum susceperunt, & professionē emiserunt.

78

pugnari non posse, sed illas semper validas, & efficaces esse; nec per Magistrū, Conuentum, & Milites prædictos quorūcūq; Priuilegiōrū, Statutorum, cōsuetudine, & stili prætextu, vllatenus infringi, vel contra illas, & in eis cōtenta veniri nō posse, neq; debere: Irritum quoq; & inane quicquid secus su per his à quoquā quauis auctoritatē scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus. Nō obsta. præmissis, ac Cōstitutionibus, & Ordinationibus Apost. ac di cti Hospitalis et iuramēto, confirmatione Apost. vel quauis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, Stabi limentis, vsibus, & naturis; necnon declarationibus, Inijs, iu ramentis, cōcordijs, Priuilegijs quoq; Indultis, & Literis A post. Magistro, & Conuentui, ac Procuratoribus, & alijs qui buslibet ipsorū Militum intuitu, vel contēplatione, per quos cūq; Rom. Pontif. & Sedem prædictā quodolibet concelsis, cōfirmatis, & innouatis; Quibus oībus, & singulis, etiā si pro sufficienti eorū derogatione, de illis, eorūq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, non autem per clau sulas generales idem importantes mentio habenda, aut ali qua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret; illorū teno res, ac si de verbo ad verbū nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, pñtibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, ad effectū pñtium dūtaxat spe cialiter, & expresse, motu simili derogamus, ceterisq; cōtra rijs quibuscūq; Eisdē Pij Pape V. Literis memoratis quoad alia, & in eo maxime, quod voluit prædictorum Militum Pri uilegia, illorumq; confirmationem non cōprehendere, neq; Ecclesias, neq; Personas in his, quæ ad curā Animarū perti nent, sed in his dicti Concilij Trid. decreta omnino seruari debere, in suo robore permanentibus. Volumus autem, q̄ præsentium transumptis, etiam impressis, manu Notarij pu blici subscriptis, & sigillo Personę in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem vbiq; fides, tā in iudicio, q̄ extra adhibeatur, quæ eisdem pñtibus adhiberetur, si forent exhi bitæ vel ostensæ. Dat. Romæ apud S. Petrum, sub anulo Pi ficatoris, die xxv. Nouembris M. D. LXXX. Pōtificatus No stri Anno Nono.

Cæ. Glorierius.

K 2

BULLA

S. M. D. N. D. SIXTI

PAPAE V.

CONFIRMATIONIS

PRIVILEGIORVM RELIGIONIS

Sancti Iohannis Hierosolymitani.

SIXTUS. Papa. V. Ad perpetuam rei memoriam.



SI ex nostri Pastoralis of-
ficii debito, sub Religionis ha-
bitu Domino famulantibus
quibuslibet, in his praecepte,
operumque eorum profectibus
consulatur, nos fauorabiles;
& benignos esse deceat: Fra-
trum tamen Hospitalis San-
cti Iohannis Hierosolymitani
qui Crucis minifice suscepto

Signaculo, circa Fidei Ortho-
doxae tuitionem, nullis laboribus, nullisue corporum parcen-
do periculis, contra Christi nominis Hostes continue pugna-
re non formidant, Religionem floridam Paternis contempla-
tes affectibus, ea quae eis pro eorum prospero statu, comodo,
& quiete, per Romanos Pontifices prudenter concessa repe-
rimus, vt illibata, firmaque perpetuo subsistant, libenter appro-
bationis nostrae munimine roboramus. Cum itaque sicut acce-
pimus, licet alias fel. recot. Leo X. Clemens VII. Paulus III.
Pius III. & Pius V. Romani Pontifices Praedecessores nostri,
iter alia Priuilegia, & Indulta, Dilectis Filijs Magistro, & Co-

uentui

uentui Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani, à Sede Apostolica concessa, eundem & pro tempore existentem Magistrum, Baiuliuos, Castellatum, Empostæ, Priores, Præceptores, Milites, aliasq; Personas Hospitalis huiusmodi, necnon eorū Subditos, Vassallos, Colonos, & Seruitores, & alios in eorū obsequijs, & dicti Hospitalis Beneficijs, quomodolibet nuncupatis existentes, etiam Presbyteros curam animarum exercentes, quandiu illam exercent, & in illorum obsequijs forent, illorumq; animalia, prædia, domos, molendaria, & bona quæcūq;, quæ obtinebant, ac in posterum obtinerent, & possiderēt, à solutione, & exactione Decimarum, Censuum, Iurium, etiā Synodaliū, & canonicarum Portionū, seu charitatiui Subsidiij, aut iucundi Aduētus, seu Quartæ, aut aliàs quomodolibet, aut aliorum quorumcunq; onerum, sub certis modo, & forma exemerint, & liberauerint, prout in diuersis ipsorum Prædecessorum desuper cōfectis Literis plenius continetur. Et licet ipsi Milites, & aliæ Personæ præfatæ, nō debuissent, neq; deberent, à quoquam contra dictorū Priuilegiorum tenorem, & formam molestari, perturbari, vel inquietari, cum ipsi nō modo eorum facultatibus, & fortunis, verum etiā sanguini, & vite pro tuitione Fidei Catholicæ nō parcāt; Nihilominus diuersi locorum Ordinarij, & parochialiū Ecclesiarum Rectores, & multæ capitulares Personæ, id sibi omnino iuxta sacri Cōcilij Tridentini Decreta licere asserentes, eosdem Magistrum, Baiuliuos, Castellatum, Empostæ, Priores, Præceptores, Milites, & Personas, diuersis oneribus, cōtra eorum Priuilegia prægrauare, illosq; ad Decimas, Censuum, Subsidiā etiam charitatiua, cōgruas Portiones, iucundum Aduentum, Pastor bonus, aut aliàs nuncupata onera, etiā Iura Synodalia, cogere præsumāt, in graue ipsius Hospitalis detrimentum, & grauamen. Nos igitur attendentes Hospitalis præfati multa esse in Fidē Catholicā, & Sedem Apostolicā merita, nobis, & venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus non incognita, Magistrum, Baiuliuos, Castellatum, Empostæ, Præceptores, Milites, Fratres, & eorum singulos, ac singulares dicti Hospitalis Personas, à quibusuis ex-

com-

communicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq; Ecclesia-
 sticis sententijs, censuris, & poenis, à iure vel ab homine, qua-
 vis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet inno-
 dati existunt, ad effectum presentium duntaxat consequen-
 harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, necnō
 omnium & singulorum Priuilegiorum, Indultorum, Faculta-
 rum, exemptionum, immunitatum, libertatum, & Gratiarum
 per præfatos, & alios quoscunq; Romanos Pontifices Præde-
 cessores nostros, ac Sedem Apostolicam, Hospitali, illiusq;
 Magistro, Cōuentui, & Fratribus, Militibus, alijsq; Personis
 præfatis, hætenus concessorum, ac Literarū desuper confe-
 ctarū tenores presentibus pro expressis habētes: Motu pro-
 prio, non ad Magistri, & Conuentus Hospitalis huiusmodi,
 aut alicuius alterius super hoc pro eis nobis oblatae petiti-
 onis instantiam, sed ex certa scientia, & de mera nostra libera-
 litate, ac Apostolicæ potestatis plenitudine, omnia, & singu-
 la Priuilegia, Indulta, facultates, exēptiones, immunitates,
 libertates, & alias gratias, eisdem Magistro, & Conuentui
 quomodolibet concessa, Apostolica auctoritate, tenore præ-
 sentium confirmamus, & approbamus; illisq; perpetuæ, & in-
 uiolabilis firmitatis robur adiicimus; ac omnes, & singulos
 tam iuris, quàm facti defectus, si qui forsan interuenerint in
 eisdem supplementis. Decernētes presentes Literas, nullo vn-
 quam tempore, de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut in-
 tentionis nostræ, vel quopiam alio defectu, etiam ex eo, quod
 locorum Ordinarij vocati non fuerint, notari, impugnari,
 vel inuolidari minime posse; minusque sub quibuscunq; si-
 milium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, limita-
 tionibus, restrictionibus, & derogationibus compræhendi
 posse; Sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emana-
 bunt, toties in pristinum statum restitutas, repositas, & ple-
 narie reintegratas esse. Sicq; ab omnibus censerij, & ita
 per quoscunq; Iudices, & Commissarios, quauis auctori-
 tate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Audito-
 res, ac S. R. E. Cardinales, Sublata eis, & eorum cuilibet
 quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & au-
 ctori-

auctoritate iudicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si
 fecus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel
 ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilectis Filijs in
 Regnis Hispaniarum, & Neapolitan. nostris, & Sedis Apo-
 stolicæ pro tempore existentibus Nuncijs, aut Curiæ cau-
 sarum Camera Apostolicæ generali Auditori per præsen-
 tes, motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut
 vnus eorum per se, vel alium, seu alios, præsentem Literas,
 & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit,
 ac quoties pro parte eorundem Magistri, & Conuentus fue-
 rint requisiti, solemniter publicantes, eisq; in præmissis ef-
 ficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate
 nostra, eisdem Magistrum, & Conuentum, confirmatio-
 ne, approbatione, adiectione, suppletionem, decreto, & alijs
 præmissis pacifice vti, frui, & gaudere; non permittentes
 eos per Ordinarios prædictos, aut quoscunque alios, con-
 tra præsentium tenorem quomodolibet molestari, pertur-
 bari, aut inquietari: Contradictores quoslibet, & Rebelles,
 per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, appella-
 tionem postposita compescendo, ac legitimis super his ha-
 bendis seruatis processibus, sententias, censuras, & pœ-
 nas huiusmodi incurrisse declarando, illasq; etiam itera-
 tis vicibus aggrauando, Interdictumq; Ecclesiasticum ap-
 ponendo, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit, auxilio bra-
 chij secularis. Non obstantibus piæ memoriæ Bonifacij
 Papæ VIII. etiam Prædecessoris nostri de vna, & Con-
 cilij generalis de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas
 aliquis auctoritate præsentium, ad iudicium non extraha-
 tur, ac alijs quibusuis Apostolicis, necnon in Prouinciali-
 bus, & Synodalibus Concilijs editis specialibus, vel gene-
 ralibus Constitutionibus, & Ordinationibus; necnon iura-
 mento, cõfirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia
 roboratis, Statutis, & Cõsuetudinibus, Priuilegijs quoque,
 Induktis, & Literis Apostolicis, quibusuis Personis, etiã præ-
 fatis locorum Ordinarijs, sub quibuscũq; tenoribus, & for-
 mis, ac cum quibusuis etiam derogatorijs derogatorijs,
 alijsq;

alijsq; efficaciorib⁹, & insolitis clausulis, irritatibusq; & alijs decretis, etiã motu, & scientia similibus, etiam consistorialibus, & de Fratrum nostrorum consilio, in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia forma ad hoc seruanda foret, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permanens, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint, per Literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem, quod foel. recor. Pij V. xxij. Septembris anno sexto, ac Gregorij XIII. Prædecessorum nostrorum Literis, sub anulo Piscatoris xxv. Nouembris, anno nono, Pontificatum suorum expeditis, in suo robore, & efficacia permanentibus, præsentis Literæ non comprehendant, neque Ecclesias, neque Personas in his, quæ ad curam Animarum pertinent, in quibus Decreta Concilij Tridentini huiusmodi omnino seruari debeant. Declarantes insuper, ac præcipientes, quod præsentium Literarum transumptis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, in Iudicio, & extra illud, ubiq; locorum plena, & indubitata, eademque prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Marcum sub anulo Piscatoris, die xx. Septembris M. D. LXXXVI. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Tho. Thomasius Gualterutius.

BRE-

BREVE
 SANCTISSIMI
 D. N. SIXTI PAPAE
 QVINTI.

PER QVOD PRAECIPITVR VNIVERSIS,
 & singulis Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, & locorum Le-
 gatis, & Gubernatoribus, vt quotiescunque pro parte Recepto-
 rum Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani, vel eorum
 Procuratorum requisiti fuerint, Brachium Seculare, ad
 hoc, vt Prioratus, Baiuliuatus, Praeceptorias, & Be-
 neficia dicti Hospitalis, ad manus suas recipere, &
 retinere, vsque ad integram satisfactionem lu-
 rium Communis Aerarij Hospitalis pra-
 dicti; & ad huiusmodi effectum, posses-
 sionem eorum capere, & appre-
 hendere possint, statim, & in-
 continentem, praestare, & ex-
 hibere debeant.

SIXTVS PAPA QVINTVS
 Ad perpetuam rei memoriam.



Niuerfis, & singulis nostris, &
 Apostolicae Sedis in quibusuis
 nobis, & Romanae Ecclesiae im-
 mediate subiectis, Prouincijs, Ci-
 uitatibus, Terris, & locis etiam
 de latere Legatis, ac singularum
 Prouinciarum, Ciuitatum, Ter-
 rarum, & Locorum huiusmodi
 Gubernatoribus, alijsq; in eis
 Ius dicentibus, & Iustitiae Mini-
 stris, necnon quorūcūq; Regum, Ducum, Marchionum,

L &

& aliorum Christianorum Principum Magistratibus, & Officialibus, ac eorum cuilibet, salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum sicut accepimus saepius contingat, ut Receptores Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani, in singulis illius Prioratibus, pro tempore deputati, Prioratus, Baiuliatu, & Præceptorias dicti Hospitalis, ac alia Beneficia, per Fratres eiusdem Hospitalis obtineri solita, tã per ipsos Fratres, quàm ex Cõcessione, seu dispensatione Apostolica, per Clericos Seculares in Titulum, aut Commendam, aut aliàs pro tempore obtenta, ob non solutionem Passagiorum, Spoliorum, Responsorum, Vacantium, & Mortuariorum, ac aliorum Iurium per eos communi Thesauro prædicti Hospitalis pro tempore debitorum, ad manus suas, iuxta formã Stabilitamentorum, & laudabilium Consuetudinum dicti Hospitalis, ac Priuilegiorum, & Indultorum Apostolicorum eis desuper concessorum, recipere, & vsq; ad integram Passagiorum, Spoliorum, Responsorum, Vacantium, & Mortuariorum, ac aliorum Iurium prædictorum satisfactionem, pro dicto Hospitali, seu communi Thesauro retinere, ac ad huiusmodi effectum possessionem Prioratum, Baiuliatuum, Præceptoriarum, & aliorum Beneficiorum præfatorum capere, & apprehendere, eorumq; fructus, redditus, prouentus percipere, colligere, & leuare, seu Prioratus, Baiuliatu, Præceptorias, & Beneficia huiusmodi, eorumq; fructus, redditus, & prouentus alijs locare, & arrendare habeant. Nos cupientes, & Receptores prædicti, officium suum contra Fratres, & alios non soluentes prædictos, libere exercere, & facultatibus eis per Sedem Apostolicam contra eosdem non soluentes concessis, sine aliqua difficultate uti possint, vos, & vestrum quemlibet per præsentem requirimus, vobis videlicet nobis, & sanctæ Rom. Eccl. Subditis, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ pœna districtè præcipientes, & mandantes, Vos vero qui nobis subiecti non estis, in Domino hortantes, quatenus vos, & vestrum singuli, quoties pro parte Receptorum præfatorum, seu alicuius eorum, aut Procuratorum suorum, vel pro eis Agentium, desuper requisiti fueritis, per vos,

Quod Legati,
& Gubernatores
Ciuitatum,
& locorum dent

vos,

vos, vel alium, seu alios, Brachium vestrum Seculare eisdem Receptoribus, seu Procuratoribus, vel Agentibus, ad hoc, vt Prioratus, Baiuliuatus, Præceptorias, & Beneficia prædicta, iuxta Stabilimenta, & Cōsuetudines, ac Priuilegia, & Indulta huiusmodi, quoties illis locus fuerit, ad manus suas recipere, & vsq; ad integram Passagiorum, Spoliorum, Respōtionum, Vacantium, & Mortuariorum, ac aliorum Iurium prædictorum satisfactionem, pro Hospitale, seu Thesauro prædicto, retinere, ac ad huiusmodi effectum possessionem Prioratum, Baiuliuatum, Præceptoriarum, & aliorum Beneficiorum huiusmodi capere, & apprehendere, eorumq; fructus, redditus, & prouetus percipere, colligere, & leuare, vel Prioratus, Baiuliuatus, Præceptorias, Beneficia, ac eorū fructus, redditus, & prouetus huiusmodi, plus offerentibus locare, & arrendare; necnon census, seu affictus annuos locationū, & arrendationū huiusmodi exigere, pro rata debiti possint, statim, & incontinenti, omni dilacione, seu exceptione remota, præstetis, & exhibeatis; præstariq; & exhiberi faciatis. Nō obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quibusuis Prouisionibus, seu Commēdis, aut alijs Dispositionibus per Nos, & Sedem Apostolicā, de eisdem Prioratibus, Baiuliuatibus, Præceptorijs, & Beneficijs, quibusuis Personis, & dicti Hospitalis cuiuscūq; Dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existentibus, pro tempore factis; necnon omnibus illis, quæ Priuilegijs, & Indultis prædictis concessum fuit nō obstare, quæ præsentibus pro specialiter, & expresse repetitis haberi volumus, cæterisq; contrarijs quibuscūque. Volumus autem q̄ præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, ea prorsus fides in Iudicio, & extra adhibeatur, quæ eiusdem originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, sub anulo Piscatoris, die iij. Octobris M. D. LXXVI. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

brachiū Seculare Receptorib⁹, & Procuratoribus Com. Aerarij ad hoc vt possint ad manus suas apprehendere Prioratus Commēdas, & alia Beneficia, vsq; ad integram solutionem Iurium & Onerum dicti Aerarij.

Receptores, & Procuratores com. Aerarij possunt percipere, & colligere fructus Prioratum vel Commendarū, vel illas locare vsq; ad integrā dicti Aerarij satisfactionem.

Tho. Thomasius Gualterutius.
L 2 BVL



BULLA

MI
S. D. N. D. GREGORII

PAPAE. XIII.

CONFIRMATIONIS

PRIVILEGIORVM RELIGIONIS

Sancti Ioannis Hierosolymitani.

GREGORIVS PP. XIII. *Ad futuram rei memoriam.*



VANTA Christianę Reipublicę commoda, atque ornamenta omni tempore attulerit Hospitalis Sancti Ioanis Hierosolymitani amplissimus Ordo; insignia, quę assidue præstitit Pietatis, & Charitatis officia, iam late testantur summo, ardentiq; studio, vel initio nascentis Ecclesię in Ciuitate Sãcta

Hierusalẽ, in qua Christi pedes steterunt, & vbi Deus Rex noster ante sæcula salutem in medio terrę dignatus est operari complexa, & vsq; modo, prout tempora tulerunt, varijs in locis continuata, quę nunc potissimum elucet eo in Hospitali, quod in Insula Melitę Beati Pauli Apostoli, cuius in tutela est, multis celebrata miraculis ab eo Ordine constitutum fuit, in quo eiusdem Pauli auctoritate permoti eius Hospitalis curam gerentes, re ipsa comprobant; iactis Fidei, & Spei fundamentis inter præcipuas Virtutes, quę Theologicę dicuntur, Charitatem principem obtinere locum, neq;

his

Melita Insula
in tutela Beati
Pauli Apostoli.

his pijs Actionibus, quas ijdem assiduis officijs, & Hospita-
 litatis studijs in Proximos exercent planè secundæ, aut po-
 stremæ sunt res, ab eis ad Diuini nominis gloriam, & exal-
 tationem præclare gestæ, quarum longe, lateque fama per-
 uagatur. Dum tanquam veri Christi Athletæ Machabæo-
 rum æmulati morem, assumpta galea salutis aduersus Chri-
 stiani nominis Hostes, & præsertim impios Mahometis Se-
 ctatores arma sumunt, fortiterq; dimicant. Nos igitur Re-
 ligionem floridam Paternis contemplantes affectibus ea,
 quæ eis pro eorum prospero statu, commodo, & quiete per
 Romanos Pontifices prudenter concessa reperimus, vt illi-
 bara, firmaq; perpetuo subsistant, libenter approbationis no-
 stræ munimine roboramus. Cum itaque, sicut accepimus,
 licet aliàs foelicis recordationis Leo X. Clemens VII.
 Paulus III. Pius IIII. & Pius V. Gregorius XIII.
 & Sixtus V. Romani Pontifices Prædecessores nostri in-
 ter alia Priuilegia, & Indulta Dilectis Filijs Magistro, &
 Conuentui Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani à Se-
 de Apostolica concessa, eundem, & pro tempore existen-
 tem Magistrum, Baiuliuos, Castellatum Empostæ, Priores,
 Præceptores, Milites, Familiares, aliasq; Personas Hospita-
 lis huiusmodi, necnon eorum Subditos, Vassallos, Colo-
 nos, & Seruitores, & alios in eorum obsequijs, & dicti Ho-
 spitalis Beneficijs quomodolibet nuncupatis existen. etiam
 Presbyteros curam Animarum exercentes, quandiu illam
 exercent, & in illorum obsequijs forent, illorumq; Anima-
 lia, Prædia, Domos, Molendina, & bona quæcunque, quæ
 obtinebant, ac in posterum obtinerent, & possiderent, à so-
 lutione, & exactione Decimarum, Censuum, Iurium etiam
 Synodaliũ, & Canoniarum Portionum, seu Charitatiui
 Subsidijs, aut Iucundi aduentus, seu Quartæ, aut aliàs quo-
 modolibet, aut aliorum quorumcũq; onerum sub certis mo-
 do, & forma exemerint, & liberauerint, prout in diuersis ip-
 sorum Prædecessorum de super confectis Literis plenius cõ-
 tinetur. Et licet ipsi Milites, & aliæ Personæ præfatæ non
 debuissent, neq; deberent, à quoquam contra dictorum Pri-
 uile-

uile-

uile-

Milites Hiero-
solymitani pro
Fidei Catholi-
cæ tuitione pro
prio sanguini
non parcunt.

uilegiorum tenorem, & formam molestari, perturbati, vel inquietari, cum ipsi non modo eorum facultatibus, & fortunis, verum etiam sanguini, & vitæ pro tuitione Fidei Catholicæ non parcant: Nihilominus diuersi locorum Ordinarij, & Parochialium Ecclesiarum Rectores, & multæ Capitulares Personæ id sibi omnino iuxta Sacri Concilij Tridentini Decreta licere asserentes, eosdem Magistrum, Baiuliuos, Castellanum Empostæ, Priores, Præceptores, Milites, & Personas diuersis oneribus contra eorum Priuilegia prægrauare, illosq; ad Decimas, Censuræ, Subsidiæ, etiam Charitatiuæ, congruas Portiones, Iucundum aduentum, Pastor bonus, aut aliâ nuncupata onera, etiam Iura Synodalia cõgère præsumant, in graue ipsius Hospitalis detrimentum, & grauamen. Nos igitur attendentes Hospitalis præfati multa esse in Fidem Catholicam, & Sedem Apostolicam merita Nobis, & Venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus non incognita, Cardinalem Magnum Magistrum, Baiuliuos, Castellanum Empostæ, Præceptores, Milites, Fratres, Familiares, & eorum singulos, ac singulares dicti Hospitalis Personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, Necnon omnium, & singulorum Priuilegiorum, Indultorum, Facultatum, Exemptionum, Immunitatum, Libertatum, & Gratiarum per præfatos, & alios quoscũq; Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac Sedem Apostolicam Hospitali, illiusq; Magistro, Conuentui, & Fratribus, Militibus, alijsq; Personis præfatis hætenus concessorum, ac Literarum desuper confectarum tenores præsentibus pro expressis habentes. Motu proprio, non ad Cardinalis Magni Magistri, & Conuentus Hospitalis huiusmodi, aut alicuius alterius super hoc pro eis Nobis oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & de mera
nostra

nostra liberalitate, ac Apostolicæ potestatis plenitudine, omnia, & singula Priuilegia, Indulta, Facultates, Exemptiones, Immunitates, Libertates, & alias gratias eidem Magistro, & Conuentui quomodolibet concessa, Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, approbamus, illisq; perpetuæ, & inuolabilis firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & singulos tam iuris, quàm facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem, supplemus. Cum autem felicitis recordationis Pius Papa IIII. Prædecessor noster eidem Magistro, & Conuentui inter cætera Priuilegia, Prioratus, Baiuliuatus, Castellaniam Empostæ, Commendas, ac alia eiusdem Hospitalis Beneficia libere unire, & dismembrandi facultatem concesserit. Et nihilominus à quibusdam quandoq; dubitatum fuerit, an ante, vel post mortem Possessorum, unio, seu dismembratio ipsa fieri posset, ac deberet. Nos ad tollendum omne dubium, & ambiguitatem, quæ in præmissis in futurum oriri posset; ut quâncunq; eis videbitur, siue ante, siue post mortem Possessorum, Prioratus, Baiuliuatus, Castellaniam Empostæ, ac alia eiusdem Ordinis Beneficia unire, & dismembrare libere, & licite possint, & valeant. Necnon omnia, & singula Priuilegia, & exemptiones præfatas, etiam ad Confratres, & Donatos eiusdem Hospitalis extendi debere, auctoritate præfata decernimus, & declaramus. Decernentes præsentibus Literas nullo vnquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu, etiam ex eo quòd locorum Ordinarij vocati non fuerint, notari, impugnari, vel inuolidari minime posse, minusque sub quibuscunq; similibus, vel dissimilibus gratiarum reuocationibus, limitationibus, restrictionibus, & derogationibus comprehendi posse, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas esse. Sicque ab omnibus censeri, & ita per quoscunq; Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ

Facultas unire, & dismembrandi Prioratus, Baiuliuatus, Commendas, & alia istius Hosp. Beneficia, tam ante, quàm post mortem possessorum.

Extensio Priuilegiorum etiam ad Confratres, & Donatos.

Ro-

Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Sublata eis, & eorum cui-
bet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, &
auctoritate iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane,
si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel
ignoranter contigerit attentari. Quocirca Dilectis Filijs in
Regnis Hispaniarum, & Neapolitan. nostris, & Sedis Apo-
stolicæ pro tempore existentibus Nuncijs, aut Curiaë Cau-
sarium Camerae Apostolicæ generali Auditori per præsentem
Motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eo-
rum per se, vel alium, seu alios præsentem Literas, & in eis cõ-
tenta quæcũq; vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro par-
te eorundem Cardinalis Magni Magistri, & Conuentus fue-
rint requisiti solemniter publicantes, eisq; in præmissis effi-
cacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate no-
stra eisdem Magistrum, & Conuentum confirmatione, ap-
probatione, adiectione, suppletionem, decreto, & alijs præmis-
sis pacifice vti, frui, & gaudere, Non permittentes eos per
Ordinarios prædictos, aut quoscunque alios contra præsen-
tium tenorem quomodolibet molestari, perturbari, aut in-
quietari; Contradictores quoslibet, & Rebelles per senten-
tias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas appellatione postposi-
ta compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis
processibus, sententias, censuras, & pœnas huiusmodi incur-
risse declaran. illasq; etiam iteratis vicibus aggrauan. inter-
dictumq; Ecclesiasticum apponen. inuocato etiam ad hoc,
si opus fuerit, auxilio Brachij Secularis. Non obstan. pia-
me. Bonifacij Papæ VIII. etiã Prædecessoris nostri de vna,
& Concilij generalis de duabus dietis, dummodo vltra tres
dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non ex-
trahatur, ac alijs quibusuis Apostolicis, necnon in Prouin-
cialibus, & Synodalibus Concilijs editis specialibus, vel ge-
neralibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon iura-
mento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia
roboratis Statutis, & Consuetudinibus, Priuilegijs quoque
Indultis, & Literis Apostolicis quibusuis Personis, etiã præ-
fatis locorum Ordinarijs, sub quibuscũq; tenoribus, & for-
mis,

mis, ac cum quibusvis etiam derogatorijs, derogatorijs, alijsq; efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusq; , & alijs decretis, etiam Motu, & scientia similibus, etiam consistorialibus, & de Fratrum nostrorum consilio in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus etiam si de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, ac si de verbo ad verbū inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habent. illis alijs in suo robore permansuris, hac vice dūtaxat specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscūque: Aut si aliquibus communiter, vel diuissim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per Literas Apostolicas, nō facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem, quòd felicitis recordationis Pij V. xxij. Septembris Anno Sexto, ac Gregorij XIII. Prædecessorum nostrorum Literis sub Anulo Piscatoris xxv. Nouembris Anno Nono Pontificatum suorum expeditis in suo robore, & efficacia permanentibus, præsentibus Literæ non comprehendant, neque Ecclesias, neque Personas in his, quæ ad curam Animarum pertinent, in quibus Decreta Concilij Tridentini huiusmodi omnino seruari debeant. Declarantes insuper, ac præcipientes, quòd præsentium Literarum transumptis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, in Iudicio, & extra illud ubique locorum plenā, & indubitata, eademq; prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris, die vltima Aprilis M. D. LXXXI. Pontificatus Nostri Anno Primo.

M. Vestrius Barbianus.

non

M

BVL-

B V L L A
MI
S. D. N. D. CLEMENTIS

P A P A E . VIII .
C O N F I R M A T I O N I S
P R I V I L E G I O R V M R E L I G I O N I S

Sancti Ioannis Hierosolymitani.

CLEMENS Papa VIII. *Ad futuram rei memoriam.*



ASTORIS æterni vices
in terris, quãquam immeriti,
gerentes, curis vigilamus
assiduis, studijsq; nitimur
indefessis, vt ea, quæ à Ro-
manis Pontificibus Præde-
cessoribus nostris in fauo-
rem Ecclesiasticarum Per-
sonarum, & præsertim Re-
gularium pro Fidei Catho-
licæ aduersus Christi nomi-
nis Hostes defensione, & præ-
pagatione iugiter laboranti-
um provide emanarunt, illibata,
& firma perpetuo remaneant.
Cum itaque sicut accepimus
alias fel. record. Leo Decimus,
Clemens VII. Paulus III. Pius IIII.
& Pius V. Romani Pontifices
Prædecessores nostri inter alia
Priuilegia, & Indulta dilectis
Filijs Magistro, & Conuentui
Hospitalis Sancti Ioannis Hiero-
solymitan. à Sede Apostolica
concessa, eundem, & pro tempore
existentem Magistrum, Ba-
iulios, Castellanos, Empostæ
Priores, Præceptores, Mili-
tes, Familiares, aliasq; Per-
sonas Hospitalis huiusmodi, nec
non

B V L L A

